B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 23

ORATIONES

IN P. VATINIVM TESTEM

PRO M. CAELIO

EDIDIT

TADEVSZ MASLOWSKI

STVTGARDIAE ET LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Cicero, Marcus Tullius:
[Scripta quae manserunt omnia]
M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. —
[Ausg. Stutgardiae, Lipsiae]. — Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner.
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
NE: Cicero, Marcus Tullius: [Sammlung]

[Ausg. Stutgardiae, Lipsiae]
Fasc. 23. Orationes in P. Vatinium testem et pro M. Caelio /
ed. Tadeusz Maslowski. — 1995
ISBN 3-8154-1195-5
NE: Maslowski, Tadeusz [Hrsg.]

Printed in Germany
Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH
Druck: Druckhaus Köthen GmbH
Bindung: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

PRAEFATIO

I. DE CICERONE EDITORE

Cum principium huius praefationis ab ipso Cicerone editore sumere mihi visum sit, ante quam de singulis loquar, pauca in universum de varietate opinionum dicenda. nam cum iam diu editores atque interpretes orationes *in P. Vatinium testem* et *pro M. Caelio*, alteram in Sestianae actionis probatione a Cicerone dictam, alteram pridie Non. Apr. a. 56 habitam, inusitato quodam modo institutas esse cognoverint, non mirum quod difficultates interpretandi alius alia ratione expedire conati sunt. satis enim compertum habemus[1] et Ciceronem et alios oratores, cum non omnia quae dicturi essent excogitari atque exornari ante causam possent cumque non nulla aut adversariis praeter expectationem dicentibus aut commutatione rerum facta ex improviso vel necessitate ducenda essent, in iis editionis causa congerendis non omnia omni ex parte concinnare potuisse.[2] in eandem fere sententiam, sed

1 Cic. *Brut.* 91–92; Quint. *inst.* 12, 10, 49–57; Plin. *epist.* 1, 20, 7 sqq.

2 J. Martha, Les discours judiciaires de Cicéron, RCC 13, 1, 1904–1905, 299–305; W. Drumann, Geschichte Roms in seinem Übergange von der republikanischen zur monarchischen Verfassung, 2. Aufl. hrsg. v. P. Groebe, 6, Berlin (Leipzig) 1899–1929, 546–548; L. Laurand, Études sur le style des discours de Cicéron 1, Paris ²1925–1927, 1–23; Th. Opperskalski, De M. Tulli Ciceronis orationum retractatione quaestiones selectae, Diss. Gryphiae 1914, 3–10 et 83–85.

multo probabiliora, quippe quae ex consuetudine causarum apud Romanos actarum ducta essent, disseruit J. Humbert. hic cum oratorem non unius diei res sed ea quae in iudicio per plures a se acta essent postea partim recisa partim mutata ac repurgata editionis causa in unum coartasse veri similiter statuisset, orationes quas legimus non nisi imaginem quandam rerum per singulos dies actarum eamque imperfectam praebere haud absurde contendit.[3]

Sequitur igitur ut, si recte de Ciceronis orationibus iudicare volumus, haud parvi intersit exquirere quae a Cicerone in ipso agendo pronuntiata sint, quae in orationis retractatione mutata vel novata. cum vero illud vix iam cognosci possit, res eo redigitur ut, si quae graviores dispositionis offensiones in superstitibus orationibus deprehenduntur, eas Ciceroni editori culpae vertendas esse concludatur. cuius rei luculentum exemplum praebere videtur nostra Vatiniana et Caeliana. illa quidem Ciceronem aliquando eo progressum doceri videmur ut non nisi argumento rei de qua dixisset conservato plane novam orationem conscriberet. quis enim credat 'Ciceroni in probatione causae Sestianae testem interroganti tam multa Vatini deformandi causa (§§ 1–39), tam pauca ad causam Sestianam pertinentia (§§ 40–42) dicere licuis-

3 J. Humbert, Les plaidoyers écrits et les plaidoiries réelles de Cicéron, Paris, Les Presses Unviersitaires, [1925]. cf. M. Schanz – C. Hosius, Geschichte der römischen Litteratur 1, München [4]1927, 453; W. Kroll, 'Rhetorik', RE Suppl. VII (1940), 1104; Id., Rhein. Mus. 86, 1937, 136–137; M. L. Clarke, Rhetoric at Rome: A Historical Survey, London 1953, 84–86; A. Michel, Rhétorique et philosophie chez Cicéron: Essai sur les fondements philosophiques de l'art de persuader, Paris 1960, 386–389.

se'.[4] Caeliana vero indicare videtur id interdum accidisse ut Cicero orationi extremam manum non imponeret, sed offensiones quae in agendo additis ex necessitate partibus effectae essent in edendo qualibet de causa neglegeret.

Haec similiaque cum in diversas partes disputarentur,[5] quaestionem de Cicerone editore denuo indagandam sibi proposuit Wilfried Stroh qui in libro bona fruge ac sano iudicio referto cum multa alia protulit, tum nescio an Ciceronem editorem, si modo eo sensu quo eum sibi finxit Humbert, in perpetuum exploserit. is enim recte: 'Weder äußere Zeugnisse noch innere analytische Indizien sprechen dafür, daß sich Ciceros Gerichtsreden als eine Art Resümee seiner anwaltlichen Tätigkeit während der jeweiligen Prozesse ansehen ließen; es sind stets in sich geschlossene Reden, die auf eine bestimmte Situation des Prozesses bezogen sind. Der Redaktor Cicero ist, so gesehen, eine Chimäre'.[6] quae verba non ita accipias velim ut

4 Opperskalski 8.

5 Quod quidem in primis ad Caelianam, ut quae difficilior explicatu sit, pertinet. cf. R. Reitzenstein, Zu Ciceros Rede für Caelius, NGG 1925, 25–32; E. Ciaceri, Il processo di M. Celio Rufo e l'arringa di Cicerone, RAAN 11, 1, 1930, 1–24; M. T. Ciceronis Pro M. Caelio Oratio, ed R. G. Austin, Oxford ³1960, in commentario; cuius viri d. etiam appendices pp. 144–161 consulendae; H. Drexler, Zu Ciceros Rede *pro Caelio*, NGG 1944, 1–32; C. J. Classen, Ciceros Rede für Caelius, Aufstieg und Niedergang der römischen Welt 1.3, ed. H. Temporini, Berlin–New York 1973, 60–94.

De Vatiniana videndi Humbert 43 et 175–176; Laurand 1, 8; Opperskalski 8; Cicéron, Discours 14: Pour Sestius, Contre Vatinius, ed. J. Cousin, Paris 1965, 234–236.

6 W. Stroh, Taxis und Taktik. Die advokatische Dispositionskunst in Ciceros Gerichtsreden, Stuttgart 1975, 48 et 31–54.

Ciceronem editoris opera omnino supersedisse, sed potius ut interpretes singulorum orationum non numquam officio suo paulo remissius functos esse statuatur.

Id in primis in Vatinianam cadere neminem qui §§ 1–4 et 40–42 cum Pocock et Stroh perlustrarit effugiet.[7] nam quod orator dicit § 3 *sed heri te pro testimonio esse mentitum*, apparet Vatinium testimonium in P. Sestium pridie eius diei quo Vatiniana habita est dixisse, in quo, id quod ex § 41 elucet, ut Sestium suspectum redderet, Milonem laudavit, Sestium oppugnavit,[8] se ipsum de praevaricatione purgare studuit (§ 3 ... *cum adfirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem ... de Sestio accusando ... fuisse*). adeo autem Vatinius crimen praevaricationis non diluit ut ob hanc rem Cicero hominem acerbissimis verbis insectatus sit (§ 2 *etenim debuisti ... etiam si falso venisses in suspicionem ... tamen mihi ignoscere*). rebus ita ad controversiam deductis Cicero et Vatinius alter alterius odio inflammatus discesserunt. postero die Vatinius in iudicium venit occasioneque arrepta perpetua oratione in accusatores atque Ciceronem vehementissime invectus est. quod quando factum sit si quis quaerit, ex verbis § 3 *paulo ante*, i. paulo ante interrogationem quam legimus, elici posse in aperto est.[9] hac igitur oratione Vatinius repugnantia prorsus iis quae pridie protulerat contendit: ac-

7 Quorum illius vide cum explanationes quae ad singulas res pertinent commentario comprehensas tum Append. I pp. 134–145inclusam in: A Commentary on Cicero in Vatinium, London 1926; huius autem argumentum pp. 48–49 obvium.

8 De hac re consulendus Pocock 140–141.

9 Aliter de hac re Madvigi sententiam secutus disputavi in The Text of Cicero, *In Vatinium* 3, Philol. 136, 1992, 181–187, unde tamen coniecturae quam proposui *sed heri te pro testimonio* nihil detrimenti factum.

cusatorem Albinovanum iam ab initio (i. fortasse eo tempore quo de constituendo iudicio solebat esse contentio) in praevaricationis suspicionem sibi venisse (§ 3 *quem praevaricatorem esse ab initio iudicasses;* § 42 *cum multa in Albinovanum de praevaricatione diceres*); eundem sibi etiam insidias parasse, cum ab se § 3 *contiones P. Sesti scriptas, quas neque nosset neque reperire posset* petisset; omnino si accusatores Sestium re vera condemnationem pati in animo habuissent, § 42 *quavis lege, quovis crimine* potius quam lege de vi, quo crimine damnari non poterat, accusaturos fuisse. praeterea multa in ipsum Ciceronem a Vatinio dicta esse ex §§ 5–10 quibus exordium orationis excipitur colligi potest. hinc igitur facile intellegitur quid causae Ciceroni fuerit cur tanto odio iracundiaque in Vatinium exarserit atque hominem omni vi oratoria inimicissime corripuerit. vide enim quid Vatinius egerit vel potius quid propositi habuerit. nam cum obiecta Ciceroni defensione C. Corneli (§§ 5–6a), hominis in populari ratione florentis, exprobratoque discessu ex patria (§§ 6b–10) ipsum oratorem inconstantiae in re publica gerenda, quam ille sibi obiecisset, reum esse contendisset,[10] acu prorsus res eius modi tetigit quibus Ciceroni summi animi motus excitari possent. numquis igitur est qui his perpensis non intellegat vanam esse illam opinionem qua aliam fuisse habitam Vatinianam, aliam editam affirmetur? eo enim quod Vatinium paulo ante Ciceronem sui purgandi causa, Ciceronis obiurgandi gratia perpetua oratione egisse deprehendimus, eo, inquam, idem a Cicerone in Vatinium oratione perpetua quam habemus factum esse certissime evincitur.[11]

10 V. Pocock 137.

11 Cf. M. Gelzer, Cicero, ein biographischer Versuch, Wiesbaden 1969, 163; U. Albini, L'orazione contro Vatinio, PP 14, 1959, 173 adn. 3.

De Caelianae compositionis difficultatibus primus egit Eduardus Norden, qui distinctis partibus orationis ante causam paratis a partibus ex tempore dictis aliam fuisse Caelianam a Cicerone in commentariis conscriptam, aliam in iudicio pronuntiatam contendit.[12] adductus est vero orator ut causae agendae consilium mutaret in primis oratione L. Herenni Balbi (§§ 25–30a) cuius vehementem effectum non nullis ex tempore dictis diluere conatus est. ita conturbatione semel facta plura labem traxisse videntur, cuius rei documentum praebent partes orationis diversis locis obviae quae adeo inter se congruunt ut non modo eaedem sententiae sed etiam verba iterentur. sic § 19 (*a quo quaeram, si prodierit*) ex § 67 (*ex quibus quaeram ..., si prodierint*), § 28 (*equidem multos ... haberi solent*) ex §§ 41–43 (*multa enim ... excusatione defenderet*), § 30 (*sunt autem ... ut dicitur*) ex § 51 (*duo sunt enim ... criminantur*), §§ 48–50 (*mulierem nullam ... facultatem dabit*) ex §§ 38 (*nihil iam ... salutasset*) et 35 (*quae ... aut diluas ... fateare*) originem ducere dicuntur. Nordeni igitur sententiam si sequimur, cum illae locorum iterationes a Cicerone relictae sint, oratorem in oratione editionis causa conscribenda non tantum curae quantum nos exspectamus consumpsisse arbitrandum est. nam quod vir d. nostram Caelianam ne Milonianae quidem in iudi-

12 V. E. Norden, Aus Ciceros Werkstatt, Sitzber. Berlin 1913, 1, 2–32, iterum impressum in: Kleine Schriften zum klassischen Altertum, ed. B. Kytzler, Berlin 1966, 133–164. quas partes ita sibi disposuit vir d. ut §§ 1–18 ante causam parata esse, §§ 19–22 ex tempore dicta, §§ 23–24 ante causam parata, §§ 25–30 (... *recuso*) ex tempore dicta, § 30 (*sunt autem ...*) ex tempore dicta, §§ 31–34 ante causam parata, § 35 ex tempore dicta, §§ 36–47 ante causam parata, §§ 48–50 ex tempore dicta, §§ 51–69 ante causam parata, denique §§ 70–80 ante causam parata intellegat.

cio habitae (v. *Schol. Bob.* p. 112,11 sqq., Stangl) anteponendam affirmat, paulo longius in Cicerone vituperando progressus est.

Aliud argumentum protulit Richard Heinze,[13] cuius deinceps vestigiis insistens Wilfried Stroh cum omnes dispositionis nodos solvit, tum omnia adeo ad liquidum perduxit ut summam orationis artem, qua est composita, hodie admirari nobis liceat.[14] tamen vix est cur moneam non hic esse locum horum virorum argumenta accurate persequendi. haec si quis cognoscere vult, publicas ipsorum auctoritates adeat necesse est. unum tamen quo tota argumentandi ratio a Cicerone adhibita explicari posse videatur sine incommodo legentium praetermitti nequit. quod enim ad Caelianae dispositionem attinet, summi momenti est illud agnoscere, familiaritatem illam, qua Caelius cum Clodia coniunctus esse dicitur, non ab accusatoribus, id quod omnes ante Heinzium interpretes affirmabant, Caeli criminandi causa in iudicio esse iactatam, sed ab ipso Cicerone Caeli defendendi gratia adhibitam.[15] eo autem Cicero omnem fidem testimonio Clodiae quo accusatores in Caelium utebantur abrogare studuisse (§§ 30–50 et 51–69) videtur quod, cum inter amatores discidium exortum esse statuisset, iure contendit nihili esse aestimandum illud testimonium quod Clodia odio atque ira excitata in Caelium diceret. quod si familiaritas illa iudicibus nota et sermonibus hominum percelebrata esset, id quod omnibus ante Wilfriedum Stroh persuasum erat, nihil Ciceroni opus erat iudices per tantas argumen-

13 R. Heinze, Ciceros Rede *pro Caelio,* Hermes 60, 1925, 193–258.

14 Stroh, Taxis und Taktik 243–295.

15 Heinze 228 sqq.

tationis ambages ducere ut res plana fieret. nunc vero eam non solum iudices ipsos latuisse, verum etiam ex iis quae accusatores in Caelium dicerent artificio quodam oratorio ab ipso Cicerone Caeli purgandi causa fictam esse recte statuit Stroh.[16] laus igitur huius viri est quod invento illo artificio a Cicerone adhibito sanam esse orationem Caelianam ac liberam compositionis difficultatibus vix quisquam in primis respectis illis quae Stroh de singulis orationis partibus disputat negaverit. quod postquam statuimus, facile, opinor, quivis concedet summa in Cicerone editore vituperando opus esse cautione ne id vitio oratori vertamus quod nostrae ipsorum indiligentiae debeatur.

II. VATINIANA ET CAELIANA IN CODICVM FAMILIA ω

Huius familiae codices primarii sunt cod. Parisinus 7794 (**P**), s. ix$^{\text{med.}}$, codd. Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) (**G**), s. xi$^{\text{in.}}$, et Berolinensis lat. fol. 2° 252 (olim Erfurtensis) (**E**), s. xii$^{\text{in.}}$, ex **y** derivati, cod. Harleianus 4927 (**H**), s. xii$^{\text{ex.}}$. quamvis codicum **PGEH** familia non omnis continetur fontium copia ex quibus orationis Vatinianae et Caelianae verba nostris temporibus hauriri possint, tamen cum hi codices praeter cetera subsidia firmum fundamentum textus constituendi et emendandi praebeant, iis ut operam in primis demus res ipsa postulat. in Vatiniana vero aegre nos carere valido illo et exoptato praesidio quod in textu emendando alterius cuiusdam traditionis codices adferunt, cum oratio Caeliana cuius memoria mul-

16 Stroh, Taxis und Taktik 271–272 et 296–298.

tiplex est declarat, tum eo manifestum fit quod multum ibi coniecturae tribuendum est. nam scholiasta Bobiensis propter excerptorum tenuitatem haud ita multis locis editori opem fert. itaque si quis contenderit Caelianam propius ad ipsius Ciceronis exemplum accedere, Vatinianam vero unam aliquam ex compluribus antiquitatis memoriam reddere, is haud facile redargui poterit.

Codices **PGEH** cum iam bene exploratos habeamus,[17] paucis rem de iis absolvere nobis licet. qua in re id propositi ante omnia habui ut primum in communem omnium originem inquirerem, deinde ut lectionibus quae singulis libris continentur pretium constituerem. noli autem putare in re concessa nos versari. sunt enim quae harum orationum, maxime Caelianae, propria sint, quae operae pretium fit indagare penitius, quamvis Alfredo Klotz inventum illud acceptum debeamus, qui ad exemplar codicis **P** pervenisse rivolum quendam ex alia codicum familia primus contendit.[18] hoc tamen multo latius quam v. d. suspicatus est patere neque ad solum **P** pertinere ad-

17 V. T. Maslowski – R. H. Rouse, The Manuscript Tradition of Cicero's Post-Exile Orations,' Philol. 128, 1984, 60–104; M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, fasc. 21: Orationes post reditum, ed. T. Maslowski, Lipsiae 1981, Praefatio; M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, fasc. 22: *Oratio Pro P. Sestio*, ed. T. Maslowski, Lipsiae 1986, Praefatio; M. D. Reeve – R. H. Rouse in: Texts and Transmission, ed. L. D. Reynolds, Oxford 1983, 57–61. de singulis codd. v. B. Munk Olsen, L'étude des auteurs classiques latins aux XI[e] et XII[e] siècles 1 et 3.2, Paris 1982 et 1989, s. v. *"CICERO"*.

18 M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia 7 (... *Vat., Cael.,* ...) rec. A. Klotz, Lipsiae 1919, xxxviii–xxxix. cf. etiam A. Klotz, Zur Kritik einiger Ciceronischer Reden (*pro Caelio* und *de domo*), Rhein. Mus. 67, 1912, 370 adn. 3.

scito praeter codices **PGEH** testimonio recentiorum quorundam librorum qui orationem Caelianam continent certissimis argumentis comprobabo (v. cap. vii).

ω Sed primum de archetypo ω agendum,[19] quem iam ipsum librariorum mendis commaculatum fuisse cum per se intellegitur, tum erroribus qui libris **PGEH** ex eo derivatis communes sunt probatur. tamen vix recte facias si omnes id genus vitia illius prisci scribae neglegentiae tribuas. nam et res ipsa postulat et mente facile concipi potest nec, id quod gravissimum est, desunt in codicibus **PG EH** eius modi loci quibus nisus ad unum saltem librum adscendas qui ut ipse proxime ab ω abest, ita proxime ad eum codices **P**, **y-mGE**, **H** sua quisque via accedunt. hunc si accuratius cognoscere vis, vix tibi totius traditionis fontem illum ω neglegere licet. qui liber magnam antiquitatem eo in primis profitetur quod maiusculis litteris scriptus erat. in codicibus enim superstitibus quibus lectio ω propagata est haud raro corruptelas offendimus, quarum origo nisi ex scriptura maiuscula perperam a scribis in singulis litteris accepta ducatur, alia ratione aegre explicari potest. huc igitur referendae eius modi litterarum permutationes:

A = **M**: *Cael.* 10, 114 *scimus*] *sciaius* **P**[1]
B = **R**: *Vat.* 6, 78 *exsorbere*] *exsorrebere* **P**[1] i. ex *exsorrere* ubi *be* ad corrigendum *re* sscr.
C = **G**: *Vat.* 14, 178 *elicere*] *eligere* **P**; 23, 290 *gracchorum*] *craccorum* **P**[1]: *cracchorum* **P**[2]; *Cael.* 2, 29 *acriter*] *agriter* **P**[1]; 31, 394 *necare*] *negare* **PG**[1]**EH**; 42, 568 *parcat*] *pergat* **G**[1]**E**; 51, 679 *necaretur*] *negarentur* **P**[1]
E = **F**: *Cael.* 71, 968 *aeraria*] *afraria* **PGE**
E = **I**: *Vat.* 12, 159 *mauretaniam*] *mauritaniam* **GE**: *mauretiniam*

19 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xxxv–xxxvii; Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xxi–xxiv.

P; 24, 297 *delectos*] *delictos* P[1]; 31, 401 *exeunti*] *exienti* P[1]; ib. 405 *tuis*] *tues* P[1]; 35, 468 *posset*] *possit* PGEH; 40, 534 *opsedisse*] *opsidisset* P[1]; *Cael.* 2, 22 *descendisset*] *discendisset* P[1]; 15, 185 *diserti*] *deserti* P; 18, 217 *posset*] *possit* P[1]; ib. 224 *pelio*] *peleo* P; 37, 500 *dide*] *dede* P[2]H; 42, 558 *inveneritis*] *inveniretis* P[1]; 49, 646 *patefecerit*] *patefeceret* P[1]; 51, 672 *e vadis*] *evades* P[1] (ergo *evadens* P[2]GEH e coni.); 59, 798 *maximis*] *maximes* P[1]; 65, 881 *prosilire*] *prosilere* P[1]; 70, 958 *delicias*] *delecias* P[1]

F = T: *Cael.* 6, 65 *forensis*] *torrensis* P[1]

I = F: *Cael.* 46, 623 *offendit*] *efiendi* P

I = L: *Vat.* 28, 365 *reiectionis*] *relectionis* G[1]E eodemque spectat *iectionis* P[1] (cf. app. cr.); 32, 413 *expleras*] *expiares* P[1]GE unde *expiaras* P[2] e coni.; 34, 441 *deiecerit*] *delegerit* PGE; *Cael.* 5, 59 *iecisse*] *legisse* P[1]E; 46, 621 *iocus*] *locus* P[1]EH

I = T: *Vat.* 3, 36 *ei*] *et* G; 29, 386 *ei*] *et* PG[1]E; 39, 517 *strumae*] *si romae* H i. partim e coni.; *Cael.* 42, 560 *tactu*] *iactu* P[1]; 47, 630 *iam menses*] *t* menses* P; 58, 782 *tam*] *iam* PH

L = T: *Vat.* 8, 95 *muta*] *multa* P[1]G[1]; *Cael.* 17, 208 *milibus*] *militibus* P[1] i. ex *mitibus* ubi *li* ad corrigendum *ti* sscr.

P = I: *Cael.* 59, 803 *interruptis*] *interruitis* P[1]

P = T: *Vat.* 33, 431 *potestate*] *tempestate* P adiuvante v. 430 *tempestatem* vel inde repetitum

T = E: *Vat.* 10, 123 *tandem*] *eandem* E

Accedit quod in uno alterove horum codicum, saepissime vero a P, partes orationis viginti fere litterarum omittuntur aut, si quae ampliorem ambitum praebent, eae ipsae ita dividi possunt ut eiusdem mensurae partes efficiantur. has omissiones ad longitudinem versuum archetypi ω spectare demonstravit A. Klotz.[20] atque nullam dubitationem in hoc genere eius modi loci excitant, ut *Vat.* 12, 149–150 *terreres conscendentis* om. P[1] (xxi litt.); 16, 204 *quos privatos esse dicebas* om. P[1] (xxiii litt.); 18,

20 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xi–xv.

223 *esset etiam tum in re p.* om. **GE** (xviii litt.); 28, 364–365 *inimico suo contionem re-* om. **P**[1] (xxi litt.); 33, 435 *testimonii quae mihi* om. **P**[1] (xxi litt.); 36, 470–471 *sibi p. R. appetivit qui numquam* om. **P**[1] (xxv litt.; fort. omissum ob repetitum *numquam*); *Cael.* 8, 94 *atq(ue) etiam isti dignitati* om. **PH** (xxi litt.); 49, 653 *sed etiam proterva meretrix* om. **PGEH** (xxiv litt.); 50, 670–671 *et ceteris magnam ad se* om. **PGEH** (xix litt.); 66, 896–897 *cur non comprehenderint* om. **P**[1] (xxi litt.). forsitan paululum haereas, ut coniectura tibi opus sit, in talibus, velut *Cael.* 35, 456–457 *facis quae dicis quae insimu / las quae moliris quae arguis* om. **P**[1] (xxiv + xxiv litt.); 38, 504–507 *se nulla cupiditate inductum de via decessisse quid signi nulli sumptus nulla iactura nulla versura at fuit fama quotus quisque istam effugere potest in tam* om. **P**[1] (cxxxii litt. quae sex versus archetypi efficere videntur). de *Cael.* 16 vero Klotzio non accedo. primum enim **E** omisit verba inde a v. 193 *et de criminibus* usque ad v. 200 *putaret ipse*, non ad v. 198 *cuius ipse* (idem ante eum Halm in ed. Turicensi 1856 et novissime Cousin in ed. Parisiensi ²1969 perperam rettulerunt).[21] quo loco codex **G** transiluit vv. 193–197 *et de criminibus ... ambitus.* at cum uterque ex communi fonte **y-m** (v. infra) derivatus sit, qui alter uter diversis locis haec tanta archetypi ω vestigia servaverit haereo. itaque quid sibi haec velint 'in **G** octo, in **E** decem (debebat saltem vir. d. dicere quindecim) versus archetypi excidisse verisimile est' nescio.[22] atque idem valet de *Cael.* 38 (v. app. cr.). cum igitur dubitari nequit quin vetustissimus ille codex ω versibus viginti fere litterarum scriptus fue-

21 De libris et libellis aliquotiens breviter citatis plura cognosces ex indice infra apposito.

22 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xiii.

rit, ampliorem etiam de eo notitiam suppeditat locus ille *Cael.* 17–36, de quo post Klotzium et ipse alibi fusius egi.[23] hic enim partes orationis suo loco motae ita se excipiunt ut, si scripturam **P**[1] tantum exprimere licet, post 17, 212 *vostrum* sequantur 27–36, 346–471 *reminierit qui unguenta ... timiditatem*, deinde subsequatur pars ante praetermissa 17–27, 212–346 *accommodavistis ... convivium*, cui adhaerent suo ordine posita 36, 471–472 *et nocturnos* sqq. adde quod eodem pravo verborum ordine codices **GE** laborant, contra **P**[2] signis in codicis margine appositis iustum ordinem indicavit, denique codex **H** iam vero ordine dispositam orationem praebet (v. app. cr.). sed de his rebus infra amplius disserendum erit (v. cap. vii). nunc vero utraque parte transposita continentur fere viiMDCC litterae, quibus ad longitudinem versuum viginti litterarum revocatis utrobique CCCXXXV versus efficiuntur qui sedem inter se mutarunt. itaque si archetypus **ω** quaternionibus compactus fuit, id quod Klotz postulat, singulas paginas versuum vicenum (non duodevicenum, ut Klotz) fuisse apparet.

Quod dixi inter **ω** et codices **P**, **y-mGE**, **H** alium aliquem librum intercessisse, id compluribus locis probatur quibus menda ex male intellecta scriptura insulari orta deprehenduntur. sequitur igitur ut, antequam lectio **ω** in tres illas codicum familias digressa est, alius liber intervenerit, isque ex **ω** quidem derivatus, sed manibus illius minusculi generis scribendi peritis exaratus. hanc autem litteraturam non solum ab ipsis Hibernicis usurpatam fuisse sed saeculo sexto septimove ab iisdem monachis per diversas Europae partes propagatam, ut quivis ea uti

23 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xxxv. cf. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xxii–xxiii.

posset, inter omnes constat. itaque ad insularem traditionem hae litterarum permutationes in codicibus **P**, **y-mGE**, **H** obviae referendae:[24]

a = **u**: *Vat.* 32, 418 *parum*] *purum* **GE**; 39, 517 *strumae*] *stramae* **E**; *Cael.* 5, 60 *si nituntur*] *si nitantur* **H**; 20, 252 *audebunt*] *audebant* **G**^{1}: *audeant* **H**; 23, 283 *peroratam*] *-um* **G**^{1}; 36, 475 *parvam*] *parum* **P**; 39, 536 *camillos*] *cum illos* **P**^{1}**G**^{1}**E**; 50, 666 *obiciant*] *obitiunt* **H**; 53, 706 *credendam*] *credendum* (*-u-* in ras. **P**) **PG**^{1}**E**; 63, 862 *tradendam*] **P**: *-um* **H**; 73, 989 *adulescentium -iam* **E**

a = **x**: *Cael.* 41, 556 *vix*] *via* **P**^{1}

c = **t**: *Vat.* 6, 64 *ac tamen*] *at tamen* **P**^{2}**GEH**; 38, 500 *cum*] *tum* **E**; *Cael.* 34, 449 *celebrares*] *tenebrares* **E**

cl = **d**: *Vat.* 9, 108 *diritate*] *claritate* **G**^{1}

in = **m** = **ui** sim.: *Vat.* 3, 25 *indicasti*] *iudicasti* **H**; 8, 94 *minima*] *minica* **G**^{1}: *inimica* **E**; 30, 397 *munus*] *minus* **E**; 34, 441 *vi deturbarit*] *inde turbarit* **E**; ib. 445 *iudices*] *vides* **E**; 38, 506 *vatinium*] *-num* **E**; 39, 514 *viderunt*] *-rint* **EH**; *Cael.* 42, 571 *familiam*] *famam* **PH**: *fanum* **GE** (apparet in ω fuisse *famam*; v. app. cr.)

r = **s**: *Vat.* 3, 21–22 *heri te*] *hesterno* **PGEH**; *Cael.* 3, 39 *versatur*] *versatus est* **G**^{1}

r = **n**: *Vat.* 3, 23 *albinovano*] *albino vario* **G**^{1}**E**; 24, 302 *conlocaris*] *collocans* **G**; 24, 317 *coniunctiore*] *coniunctione* **E**; *Cael.* 19, 237 *quaeram*] *quaenam* **E**; 46, 621 *delectationis*] *delectatiores* **E**

t = **r**: *Vat.* 1, 6 *ita*] *ira* **E**: om. **P**; 24, 298 *vettium*] *vetrum* **G**^{1}; *Cael.* 36, 481 *confer te alio*] *conferre alio* **P**^{1}

Potissimum vero ad id genus referendi sunt errores ex perperam soluto compendio insulari particulae *autem* orti. quae particula cum nota illa ħ scriberetur, quae simillima erat compendio voculae *enim* vel formarum quarundam pronominis *hoc*, haud raro factum ut in talibus

24 V. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xi et xxiii–xxiv; cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio viii–x et xxxvii.

describendis quo quisque librarius imperitior scripturae insularis fuit, eo facilius in errorem inciderit. at id genus vitium admodum raro in **P** invenitur, fortasse non nisi uno loco ubi scriba una cum ceteris illam particulam omisit, *Cael.* 10, 117; plura in hac re peccavit **H**, velut *Cael.* 20, 255 *huius*] *hoc* **H**; 22, 276 *huius*] *hoc* **H**; plurima vero librarii **GE**, quorum ex longa serie locorum ubi id factum videmus admodum exile specimen desumere mihi placet hoc:

Vat. 10, 117 *autem*] *hoc* G[1]: *huius* E; 10, 128 *hoc*] *huius* E; 40, 534 *autem*] *hoc* G[1]: *huius* E; *Cael.* 1, 15 *autem*] *h* * * G: *hoc* E; 17, 211 *autem*] *enim* E; 20, 252 *hoc*] *haec* E; 24, 298 *autem*] *hoc* G: *enim* E; 28, 349 *hoc*] *huius* GE; 32, 403 *hoc*] *hac* E: *autem* G; 36, 467 *autem*] *enim* E; 53, 693 *hoc*] *autem* G; 63, 861 *autem*] *hoc* E; 64, 879 *hoc*] *autem* G: *enim* E; 74, 993 *huius*] *hoc* GE.

Sed ut ad primariam quaestionem perveniamus, operae pretium est quaerere qua fide singuli codices lectionem ω ad nos propagarint. atque sui iuris esset **P**, **yGE**, **H** vix est quod moneam. animadvertendum enim hos codices non aliter se in Vatiniana et Caeliana gerere atque in reliquis aa. 57–56 orationibus.

Ac primum cod. Parisinum 7794 (**P**) ceteros omnes et aetate et integritate superare constat. liber est membranaceus binis columnis tricenum senum vel septenum versuum a pluribus librariis Turonensibus s. ix[med.] litteris minusculis carolinis scriptus. f. 44[r]–49[v] *INCIPIT IN · P · VATINIVM TESTEM*, f. 69[v]–80[v] *INCIPIT PRO CAELIO* legitur. in hac vero oratione cum codicis folia nescio qua aetate primum e compage essent soluta posteaque iterum religata, turba quaedam foliorum facta est qua, quod nunc folium 70 numeratur quodque particulam orationis *Balb.* 20–29 *a vobis esse constitutum … et cuius praeterea* continet, in Caelianam est insertum, folium 80, quod huius orationis verba §§ 14–17 *natura cum omnis … men-*

P

dacium vostrum et §§ 27–32 *reminierit qui unguenta ... inimicitiae cum* (qua in particula ideo illae §§ tam miro modo se excipiunt quod in inversionem illam §§ 17–36 incidunt) amplectitur, in calce totius libri ultimum est adglutinatum.[25] praeter primam codicis manum **P**^{1} conspicua est manus correctrix **P**^{2} ipsius librari fere aequalis. nam istius multo recentioris manus **P**^{3}, quae in initio libri perquam libere grassata est, adeo pauca vestigia in his orationibus comparent ut ne in conspectu quidem librorum mentione dignam habuerim.

$P^1P^2P^3$

Primum cod. Parisinus in notitiam B. N. Krarupi pervenisse videtur, cuius collatione neglegenter facta usus tamen haud paucos utriusque orationis locos ad integritatem revocavit J. N. Madvig.[26] accuratissimam omnium codicis collationem in ed. Turicensi a. 1856 a Carolo Halm curata invenies, cui posthabendae sunt relationes posteriorum editorum omnium. mihi ad manus erat imago phototypice expressa unde haud neglecta opera priorum codicem denuo excussi.

P^1

Codicem **P** si recte aestimare volumus, separatim tractandae duae illae manus, altera **P**^{1}, quae ipsum codicem exaravit, altera **P**^{2}, quae menda a **P**^{1} inlata vel ex exemplari translata emendare studuit. atque **P**^{1}, qua est bonitate, summam in exemplari describendo diligentiam adhibuisse nemo quidem negabit, sed tamen not tantam ut non inde haud pauci errores exorti sint. frequentissi-

25 Cf. K. Halm, Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen, Rhein. Mus. 9, 1854, 322 adn. 3.

26 V. J. N. Madvig, Opuscula academica 1, Hauniae 1834, 375–410 (*Cael.*) et 508–525 (*Vat.*) [compluribus omissis repetitum in: J. N. Madvig, Opuscula academica, Hauniae 1887, 304–332 (*Cael.*) et 394–407 (*Vat.*) = *Mdv.*^{3} in app. cr.].

mum autem huius librari vitium in singulis verbis describendis cernitur, quae ita translata leguntur ut singulis litteris vel syllabis amissis decurtata exstent. cuius rei exempla tot tamque late passim occurrunt ut ea in classes digeri utilissimum mihi visum sit. omittuntur igitur a P^1 singulae litterae vel syllabae his locis:

a) in initio vocabulorum: *Vat.* 5, 52 *fufiam*] *fiam* P^1; 8, 98 *totius*] *tius* P^1; ib. 104 *unius*] *nius* P^1; 15, 198 *gessit*] *sit* P^1; 35, 463 *tibi*] *bi* P^1; *Cael.* 10, 110 *mecum*] *ecum* P^1; 21, 267 *hac*] *ac* P^1; 45, 605 *elucere*] *lucere* P^1; 57, 766 *credidit*] *redidit* P^1; 66, 896 *emiserit*] *miserit* P.

b) in interiore parte vocabulorum: *Vat.* 3, 33 *implicatam*] *inplicam* P; *Cael.* 26, 328 *cenasse*] *cena se* P; 30, 389 *accusatore*] *accusare* P^1; 34, 427 *familiaris*] *faliaris* P; 38, 520 *meretricio*] *meretrio* P^1; 46, 621 *convivium*] *convium* P^1; 49, 647 *meretricia*] *meretria* P^1; 51, 677 *dicitis*] *dictis* P; 56, 763 *sceleris*[1]] *sceris* P^1; 57, 765 *conscio*] *consio* P^1; 59, 791 *sceleribus*] *scelerius* P^1; 60, 813 *de veneni*] *deveni* P^1; 67, 925 *capiti*] *capti* P^1.

c) in fine vocabulorum: *Vat.* 4, 38 *nimium*] *nimi* P^1; 9, 106 *romano*] *roma* P^1; 26, 342 *pietate*] *pieta* P^1; 38, 504 *suis*] *su* P^1; 39, 519 *est*] *es* P; 40, 523 *rogata*] *roga* P^1; *Cael.* 36, 474 *quid*[1]] *qui* P^1; 42, 565 *liberior*] *liber* P^1; 53, 692 *vidit*] *vidi* P^1; 54, 727 *acciperet*] *accipere* P; 72, 978 *natu*] *na* P^1; 77, 1031 *conservate*] *conservat* P^1.

Contra haud desunt loci, quamvis pauci, ubi P^1 vel singulas litteras vel syllabas addit, idque ita ut plerumque evadant verba Latina quidem, sed tamen a sensu loci aliena. quod v.c. evenit:

Vat. 3, 36 *libros*] *liberos* P^1; 40, 530 *erit*] *heri* P^1; ib. 431 *operas et*] *operasset* P^1; *Cael.* 43, 579 *maiorumque*] *romanorumque* P^1; 50, 659 *dixi sed*] *dixisset* P^1; 71, 763 *excitare*] *exercitare* P^1.

Ad idem genus referendi sunt loci quibus P^1 singulis voculis omissis peccavit, quae eius modi sunt ut potius ad singulas litteras omissas quam ad vera vocabula, ut ita dicam, pertineant.

huc igitur spectant, *Vat.* 1, 6 *ita*] om. P; 11, 132 *tuae*] om. P^1; 12, 154 *iter*] om. P^1; 30, 389 *ut*] om. P; *Cael.* 3, 32 *qu(a)e*] om. P^1;

18, 226 *nam*] om. P[1]; 36, 484 *es*] om. P[1]; 57, 780 *ad*] om. **P**; 73, 989 *in*] om. P[1]; 75, 1005 *non*] om. P[1]. unde apparet parvi ducendum quod *Vat.* 1, 1 **P** omisit *tua*, cuius tamen auctoritatem secutus est Peterson (in ed. Oxoniensi 1911), aut quod *Cael.* 36, 469 in **P** excidit *tuis*, quod amplexus est Clark (in ed. Oxoniensi 1905). quod vero etiam talia oculos librarii effugerunt, qualia sunt *Vat.* 6, 66 *tu bonis*] om. P[1]; 12, 149 *terreres*] om. P[1]; ib. 155 *si qui*] om. P[1]; 24, 311 *spoliaras*] om. P[1]; 26, 345 *et perditissime*] om. **P**; 19, 242 *et fortissimi* om. **P**; 40, 525 *rogabo*] om. P[1]; *Cael.* 1, 9 *magistratibus*] om. **P**; 30, 384 *clodiae*] om. P[1]; 71, 968 *camurti*] om. P[1], ea ut librarium P[1] neglegentiae arguunt, ita universae codicis praestantiae vix officiunt.

De aliis P[1] vitiis breviter haec. librarium P[1] haud raro enuntiatorum partes transiluisse quae ad ipsum caput traditionis ω redire videantur iam dictum. item neglegentiae scriptoris tribuendum quod tribus locis partes orationis iterantur. id *Vat.* 6, 70 ob eam causam factum videtur, quod oculus librarii ab *vaticinando* rursus ad *vivendo* aberravit, ut haec iterum scripta inter *esse* et *quae* legantur: *quae tu inpudenter vivendo consecutum esse*; *Vat.* 30, 392–393 ob repetitum verbum *supplicationes* evenit ut v. 392 antecedentia *te illas non probasse optume nullae fuerunt* iterentur; de tertio loco *Vat.* 7, 84 consulas adn. cr.

Alia vitiorum genera librarium P[1] summae, non nullis etiam locis nimiae, diligentiae potius quam incuriae arguunt. huc referendum quod *Vat.* 4, 46 post syllabas *in to* ea quae in exemplari ob evanidam situve deletam scripturam legi non poterant aut defectu scripturae vacua membrana indicato omnino iam deficiebant, quod mihi quidem veri similius videtur, solus P[1] item spatio vacuo relicto (v. adn. cr.) religiose commemoravit. contra codices **GE** vel potius ille liber unde originem ducunt mutato *in to* in *in te* temere vitium occultare studuerunt; **H** vero omissis praeterea vv. 45–50 *ut ... vituperari* omnino lacunam simulata integritate obruit. quid quod P[1] non solum

ipsa exemplaris verba sed etiam correctiones sive super versus sive margini adpictas – nam de eo nihil certi iudicare licet – summa fide servavit. quo factum ut compluribus locis duplices lectiones a P^1 commemorentur, cuius generis sunt haec:

Vat. 23, 293 *ac* P^2**GE** : *etac* P^1 : *et* **H**; *Cael.* 10, 112 *nequam*] *ne quamquam* P^1, i. *ne* ad corrigendum *quam-* superscriptum a scriba in textum receptum est; 55, 739 *posse* **GE** : *possem· Pro se* sed *-ro* in ras., i. *posse* (unde P^2 *pro se* effecisse videtur) ad corrigendum *possem* superscriptum in textum a scriba P^1 insertum est : *posse pro se* **H**; 57, 775 *geratur*] *generatur* P^1 i. ex *genatur* et *er* ad corrigendum *en* superscripto conflatum; ib. 778 *gerantur*] *generantur* P^1; 59, 807 *quam*] *tamquam* P^1, i. *quam* ad corrigendum *tam* superscriptum.

P^2

Longa est autem series bonarum P^1 lectionum quibus in Vatinianae textu constituedo omnino carere non possumus, in Caeliana vero, cuius ratio critica aliter est comparata, alteris illis duabus stirpibus varie discrepantibus auctoritatem huius librarii secuti haud raro ex hoc uno quid in ipso ω steterit iudicare possumus. cum igitur genuinas P^1 lectiones enumerare nihil attineat, tamen unam instar omnium adfero, praesertim cum ea commemorata facilius transitus fiat ad cognoscendam originem correctoris P^2, quem et ipsum ut examinemus ratio huius disputationis postulat. sic *Vat.* 3, 31 cum P^1 *in quo alterum* verissime quod vidit descripserit, scriba P^2 ex exemplari quo in corrigendo utebatur *in quorum altero* intulit, quam lectionem inde a principibus edd. anni 1471 Veneta et Romana per omnes deinceps propagatam nemo ne suspectam quidem habuit, donec vir immortalis memoriae J. N. Madvig errore deprehenso locum ad sanitatem revocavit (v. adn. cr.). atque hoc loco, id quod gravissimum, corrector P^2 conspirat in errore cum **GE**, etiam cum **H**, quod non casu factum nemo est quin hodie sciat. sic

y enim saepissime in codice **P** fieri videmus, ut notae P^2, cuicui modi sint, sive P^2 correxit quae P^1 peccaverat sive quae hic omiserat ille supplevit, nec non multa praeterea quae P^2 in codice aut mutavit aut adscripsit plerumque cum secundae stirpis codicibus **GE** ita conveniant ut testes P^2**GE**, ad quos saepe ob suam ipsius causam se adplicat **H**, communem originem **y** profiteri statuendum sit. quem lectionis consensum ut et oculis usurpare possimus, pauca ponam exempla non primis quibusque locis obviis casu apprehensis, sed dilectu ita facto ut testimonium codicis **H**, cuius ratio paulo implicatior est, a ceteris seiungatur.

vide igitur haec: *Vat.* 21, 270 *incitata* P^1 : *incitatu* P^2**GE** : *-o* **H**; 41, 539 *tamen quaero* Lb. : *etiam enquaero* P^1 : *etiam inquaero* (*-que-* G^1)P^2G^1 : *etiam inquiro* **E**G^2 : *etiam quero* **H**; *Cael.* 24, 304 *Titum*] *l. luceium* P^2**GE** : *luceium* **H**; 43, 589 *libidines* P^1**H** : *-is* P^2**GE**; 45, 602 *loquor*] *eloquor* P^2**GE** : *eloquor quorum* P^1 : *eloquiorum* **H**; 65, 881 *magis*] P^1 : *meliori* P^2**GE** : *meliori magis* **H**.

quae congruentiae cum pro se ipsae loquantur, ita ut de iis nihil amplius dici necesse sit, adde quod haud aliam originem corrector P^2 in lacunis illis codicis P^1 explendis prodit. quae orationum particulae quae plerumque in margine, interdum in spatio vacuo a scriba relicto, etiam inter versus positae leguntur ita a P^2 supplentur ut ad verbum fere eaedem in codicibus **GE**, etiam **H**, ubi is lacuna non hiat, in contexta oratione reperiantur. cuius artissimae adfinitatis notabiliora exempla maxime Caeliana praebet. constat enim hic ut alia multa ita additamenta illa aliquando tantis vulneribus adflicta esse ut, si unius familiae ω contineretur omne de iis testimonium, vix umquam ad sanitatem, quam tuetur codex Cluniacensis hic illic suffragantibus palimpsestis **T**A^p papyroque **Π**, restitui possent. sic *Cael.* 35, 456–457 verba *facis … arguis*

spatio satis amplo vacuo relicto (v. app. cr.) praetermisit **P**^{1}, **P**^{2}**GEH** conveniunt in *facis quae dicis quae in sororem tuam moliris quae argumenta*, verum reciperatur ex **C**^{v}**C**^{ii} et, quantum evanescentes litterae discerni possunt, ex **Π**; item 38, 504–507 voces *se nulla ... in tam* maximam partem fide **P**^{2}**GEH** nituntur. quod post v. 507 *potest* a **C**^{ii} additur *praesertim* (v. app. cr.), hoc verbum necessarium esse non autumarim; tamen cum cur quis id addiderit non perspiciatur, iterum insigniter in errore conspirare **P**^{2}**GEH** statuendum est. et sic saepius factum. itaque non solum dubitari non posse quin corrector **P**^{2} ad corrigenda librarii **P**^{1} menda defectusque scripturae codicem aliquem adhibuerit, sed etiam eum codicem non alium quam secundae stirpis progenitorem illum **y** vel librum eius simillimum fuisse manifestum. adde quod eum non eundem prorsus fuisse unde originem traxerint **GE**, ut alia argumenta mittam, eo evincitur quod haud desunt loci quibus ea quae a **P**^{2} traduntur integriora pleniorave lectionibus **GE** sint. sic *Vat.* 2, 15 quod **P**^{2} (et **G**^{2}) *me* recte, contra **P**^{1}**G**^{1}**EH** *mea* (*me** **P**^{1}) falsum praebent, fortasse coniectura inventum. sed *Cael.* 38, 504–507 in illis *se nulla ... in tam*, quae **P**^{2} supplevit, quod *iactura* (idemque **Π C**^{b}**H** habent) recte legitur, *iactura et* corruptiora **GE** exhibent, id ad eundem fontem referri nequit; itemque *Cael.* 24, 301–305 quamvis verba illa *Coponii ... fuerat ei* a **P**^{1} praetermissa ne unus quidem familiae **ω** testis integra servaverit, tamen cum pro *qui cum doctrinae studio*, quod Cluniacensi debetur, **P**^{2} (et **H**) *cum doctrina homo* scripserit, **G**^{1}**E** particulam *cum* omnino omiserint (**G**^{2} etiam coniecturae indulserit, *doctrinae homo*), scriptori **P**^{2} puriorem fontem praesto fuisse negari non potest. quae cum ita sint, **P**^{2} et **GE** ita ex **y** descendisse videri ut inter **y** et **GE** unus saltem liber, quem littera **m** significavi, intercederet quivis concedat. ipse igitur **P**^{2} habet ali-

y-m

quid praecipui ex antiquitate, cum in illis recentioris aevi codicibus **GE** et errandi occasio multiplicata sit singulis transcriptionibus et saepius corrigendi studium accesserit.

Sed coniectura eaque satis audaci ne **P^2** quidem immunem se praebet.

certe haec quae sunt, *Vat.* 4, 38 *nimium* **GEH** : nimi **P^1** : *nimis* **P^2B**; 6, 77 *principum* **GEH** : *prin* **P^1** : om. **P^2B** (temere delevit); 32, 413 *expleras* Naug.^{1} : *expiares* **P^1GE** : *expiaras* **P^2** (v. app. cr.); *Cael.* 8, 91 *a verborum* **C^vC^bGEH** : *aveorum* **P^1** : *ab eorum* **P^2**; 50, 657 *tuas clodia* **C^vC^{ii}(= D^2)** : * * *clodia* (*de* eras. videtur) **P^1** : *clodia* **GE** : *clodiae* **P^2**; 56, 753 *nec* **TC^vC^{ii}(= d)** : *neque* **GEH** : *de* **P^1** : *idem* **P^2**; 72, 980 *nobilissimi* **C^vA^sGE** : *nobilis si* **P^1** : *nobiles* **P^2** –

quae facile augeri possunt – haec, inquam, ex capite librarii orta esse ex comparatione lectionum quas et **P^1** et reliqui codices praebent certissime colligitur. quibus tamen ne magis aequo commovearis neve opineris me haec tam sedulo collegisse ad vexandam huius testis summam virtutem, vide quam saepe **P^2** eo usque ultra testimonium **GE** ascendat ut genuina solus ex **y** stirpis codicibus tradat. cuius generis sunt, ut pauca exempla ponam, haec:

Vat. 23, 293 *nihilo* (*-ch-* **H**) *putaris* **P^2H** : *nihiloptaris* **P^1** : *nihilo optaris* **G** : *nichilo optaris quam* **E**; 33, 423 · *C* · **P^2B** : om. **P^1GE**; *Cael.* 3, 36 *sine mea* **P^2H** : *sine**|*ea* **P^1** : *sine inea* **G** : *si nemo* **E**; 31, 395 *paravit* **ΠP^2H** : *paruit* **P^1GE**; 74, 992 *sed abit* (*-iit* **P^2**) **$A^p P^2$** : *sed habiit* **P^1** : *sed habuit* **GE** : *sedaret* **C^vC^{ii}(= D^2)**.

P^3 Nihilo minus haud desunt in utraque oratione loci ubi ea quae in **P** correcta leguntur, correctori **P^2** an **P^3** – hic multo recentior est neque quicquam praebet quod non aut coniectura excogitatum sit aut ex editione Aldina a. 1519 (*Naug.*^{1}) petitum[27] – tribuenda essent, haud semel

27 V. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, viii et xxvi–xxvii.

editores priores haerebant. cuius modi loci ne et huic editioni impedimento essent quominus omnia ad liquidum perducerentur, auxilium petivi a cod. Bernensi 136 (**B**) B saeculo xii Floriaci ad Ligerim[28] ex correcto **P** exscripto, cuius testimonio codicis **P** correctores facile internonsci posse iam diu cognitum.[29] tantum cave ne continuo inconstantiam mihi obicias, qui modo dixerim scribam $\mathbf{P}^3$ ab hac editione a me omnino amotum. dico igitur, id quod supra declaravi, me sane $\mathbf{P}^3$ abiecisse, sed tamen **B** semper aperte in consilium vocasse ubi de scripturae origine dubitarent priores. hoc ita intellegitur ut v. c. tales adnotationes in app. cr. proferantur, velut *Vat.* 3, 26 *albinovanum* (*albino vanum* $\mathbf{P}^1$**E**)$\mathbf{P}^1$**GEH** : *albinum vanum* $\mathbf{P}^2$**B**; scilicet h. l. **B** adducitur ne de origine lectionis *albinum vanum* dubitetur. aliter fit *Cael.* 39, 536 ubi editores aut silent aut lectionem *camillos* manui $\mathbf{P}^2$ tribuunt; quo loco equidem vel adnotando lectorem monui quid cuique testi deberi videatur, *camillos* **TΠ**$\mathbf{C}^b\mathbf{P}^2$ (an $\mathbf{P}^3$? nam *cum illos* legitur in **B**)**H**$\mathbf{G}^2$: *cum illos* $\mathbf{P}^1\mathbf{G}^1$**E**. sed etiam aliud aliquid ex **B** lucramur. nam illius foli 80 in fine codicis **P** B^{P} positi (v. supra) oris sive avulsis sive tineis comesis etiam complures litterae vel integra Caelianae verba simul ablata sunt. feliciter igitur accidit quod **B** admodum fideliter emendatum **P**, i. $\mathbf{P}^1$ + $\mathbf{P}^2$, repraesentat, ita ut quid in corrosa membrana olim steterit dilucide planeque decla-

28 V. E. Ornato, La redécouverte des discours de Cicéron en Italie et en France à la fin du XIVe et au début du XVe siècle, Acta Conventus Neo-Latini Bononiensis, Proceedings of the Fourth International Congress of Neo-Latin Studies, Bologna 26 August to 1 September 1979, ed. R. J. Schoeck, Binghamton, New York 1985, 568–569.

29 V. Halm, Interpolationen, 321–322. in cod. **B** f. 120^r–124^v legitur *in P. Vatinium testem*, f. 145^v–154^v *pro Caelio.*

ret. itaque sicubi scriptura **P** in hoc folio deficit, quid defectu membranae perierit testis **B**^{p} (sic enim codicem **B** his locis significavi) ostendit, velut *Cael.* 28, 353 *concessu* **B**^{p}**H** : *concesso* **GE**; 29, 370 *et in reum* **B**^{p}**G** : *et in re* um* (*r* eras.) **H** : *et in rerum* **E**.

y-mGE Secundae stirpis testes primarii sunt cod. Bruxellensis 5345, olim Gemblacensis (G) s. xi$^{in.}$ in usum Olberti, abbatis monasteri Gemblacensis (1012–1048) descriptus,[30] et cod. Berolinensis lat. fol. 2° 252, olim Erfurtensis (E) ex opera Wibaldi, primum abbatis monasteri Stabulensis (1130–1158), tum et huius et Corbeiensis (1146–1158) Corbeiae in Germania s. xii$^{in.}$ ortus.[31]. codicem deperditum **y** unde **GE** ultima stirpe originem ducunt Leodi in bibliotheca quadam hospitium habuisse probabiliter statuitur.[32]

G Cod. Bruxellensis 5345 continet f. 14^{r}–26^{v} *M · TVLLII CICERONIS ORATIO PRO M · CELIO INCIPIT,* f. 68^{v}–74^{v} *M · TVLLII* · CICER · (onis) IN VATINV(m) INCIP(it) ORATIO. liber est membranaceus versibus longis scriptus; singulae paginae versus tricenos ternos complectuntur. post scribam ipsum (G^{1}) homo quidam fere aequalis (G^{2}) correctiones complures intulit. prima cod. **G** collatio

30 V. A. Boutemy, Un grand abbé du XIe siècle: Olbert de Gembloux, Annales de la société archéologique de Namur 41, 1934, 43–85.

31 V. W. Wattenbach, Das Schriftwesen in Mittelalter, Leipzig ^{3}1896, 541–542; L. F. Hesse, Serapeum 27, 1866, 49–59. 65–76. 81–89. 97–107; P. Lehmann, Erforschung des Mittelalters 5, Stuttgart 1962, 131. cf. etiam Reeve – Rouse in: Texts and Transmission, ed. Reynolds, 92–93. cf. etiam M. T. Ciceronis Epistularum libri sedecim, ed. L. Mendelssohn, Lipsiae 1893, ix–x.

32 V. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xi–xii.

operae J. G. Baiter debetur, quam in adnotatione critica apud Halmium in ed. Turicensi a. 1856 invenies; codicem post Baiterum ab editoribus saepius collatum imagine comparata in usum huius editionis ipse quoque diligenter excussi.

Cod. Berolinensis lat. fol. 2° 252 membranaceus tenet f. 94^v–97^v *Incip(it) oratio · M · T · Ciceronis in Vatinum,* f. 117^r–123^r *Orat(io) · M · T · Ciceronis pro Celio.* scriptus est binis columnis versuum quadragenum septenum. post Eduardum Wunder[33] accuratissima codicis descriptio debetur Paulo Lehmann.[34] quas interiores labes hic liber incerta fere aetate contraxerit ut non hic sit disputandi locus, tamen adnoto Vatinianam et Caelianam integras superesse, iure vero mireris quod ne unius quidem ex nuperioribus editoribus collatio exactissimis Wunderi curis, quas apud Halmium in ed. Turicensi a. 1856 exhibitas invenies, aequiparanda. equidem imagine usus plenam codicis E varietatem lectionis enotavi. E

Cur codicum GE originem ab intercedente **m** potius quam ab ipso totius **y** stirpis capite repeterem supra ad P^2 explicavi. ceterum quin GE ex uno fonte derivati sint non est dubium. **y**-**m** GE

Primum enim vide quam saepe in erroribus, etiam levissimis, conspirent, *Vat.* 10, 115 *honos* PHG^2 : *hoc nos* G^1E; 18, 227 *post sedentibus* P : *praesidentibus* GE; 19, 246 *possemus* PH : *putemus* GE; 23, 288 *pervertere* PH : *evertere* (*eū tere* E)GE; 38, 507 *posuisset* PH : *posset* GE; *Cael.* 1,9 *vim* C^bPHG^2 : *viam* G^1E; 20, 254 *experiri* PH : *expediri* GE; 30, 380 *hunc* ΠPH : *hunc mundum* GE; 32, 404 *matrem* Arus. ΠPH : *matre* C^b : *patrem* GE; 42, 571 *familiam* $C^vC^{ii}(=D^2ZI)$: *famam* T^sPH :

33 E. Wunder, Variae lectiones librorum M. Tullii Ciceronis ex codice Erfurtensi enotatae, Lipsiae 1827.

34 Lehmann, Erforschung des Mittelalters 5, 131.

fanum GE; 50, 663 *dissimilis* PH : *similis* GE; 65, 887 *reprehenderent* (*-prae-* P)PH : *comprehenderent* (*-runt* E)GE; 67, 924 *venustate* T^{s}PH : *venuste* GE; 69, 945 *modestum* PH : *molestum* GE; 75, 1011 *propulset* C^{v}P : *propulisset* GE.

Deinde haud aliter se gerunt aut in singulis verbis omittendis, velut *Vat.* 7, 83 *te* PH : om. GE; 24, 299 *mortem* P : om. GE; *Cael.* 3, 34 *pater* PH : om. GE; 69, 939 *non* PH : om. GE, aut in pluribus, ut *Vat.* 13, 164 *aps te* P : om. GE; *Cael.* 24, 306–307 *caelio existimet* PH : *caelio existument* C^{v}C^{ii}(=D^{2}) : om. GE; 64, 896 *de manibus* PH : om. GE, aut in illis particulis quas ad ω rettulimus; ubi ad exempla supra adlata adde *Cael.* 3, 34–35 *splendidus ipse aut parum* PH : om. GE (xxii litt.), nisi forte hic oculus librari ob repetitum *parum* intercedentia transiluit.

Accedit quod GE haud raro eundem falsum verborum ordinem exhibent, velut *Vat.* 4, 39 *ex ore exire* PH : *exire ex ore* GE; 21, 261–262 *bene de re P · sentientem* PH : *de r. p. bene sentientem* (ex *sentem* G^{2})GE; 41, 543 *reus uterque* P : *uterque reus* GE; *Cael.* 21, 259–260 *etiam hoc esse debet* PH : *hoc etiam esse debet* GE : *etiam hoc debet esse* C^{v}; 67, 915 *in istum* TPH : *istum in* GE; 78, 1044 *his diebus* P : *diebus his* GE.

GE Tamen in hac tanta similitudine haud desunt loci ubi aut G contra E aut E contra G verum praebet, ut neutrum quasi parentem esse alterius, sed utrumque sua via ex **y-m** descendere apertum sit.

Verum id moneo longe corruptiorem se E praebere, cuius scriba saepe vel in facillimis lectu locis aut in errorem inciderit aut verba omiserit aut insulsae prorsus coniecturae indulserit. cuius levitatis cum passim permulta exempla exstent, ad indolem librari cognoscendam haec adferre sufficiat, velut

Vat. 8, 103 *hoc civis meos* PGH : *homines* E; 16, 212 *cosconius* PG : *consul conius* E; 34, 451–452 *ne quis te* PG : *neque ista* E; 38, 506 *respondisse* Schol. PGH : *respondit se* E; *Cael.* 6, 65 *meus hic* C^{b}PGH : *omnis hinc* E; 9, 103 *de me* PGH : *eodem* E; 14, 168 *vitiorum* PGH : *civiorum* E; 45, 609 *et vigiliis* ΠPGH :

virgiliis E; 67, 915 *se nunquam* T^sG : *se num-* PH : *senatum quam* E; 80, 1070 *desperatam* C^bPG : *desideratam* E.

his igitur locis scriba manifesto sive quod singulas litteras exemplaris perspicere non poterat sive quod vocabula ex parte compendiis scripta perperam accepit, verba Ciceronis ad libidinem mutavit.

Multo religiosius munere suo functus est G^1, qui quamvis ne ipse quidem omnis generis vitiis immunis sit, tamen ea et rariora sunt neque tam aperta libidinis indicia prae se ferunt. nam si recte de codicis natura iudicare volumus, primum leviora eius menda adferenda quae cuivis librario in scribendo accidere potuerint. cuius generis sunt v.c. *Vat.* 3, 37 *dixeris* PEG^2 : *dixieris* G^1; 8, 95 *muta* P^2EHG^2 : *multa* P^1G^1; *Cael.* 2, 18 *etenim* PEH : *est enim* G; 75, 1004 *inclusae* PE : *inclausae* G^1 : *clausae* G^2; 75, 1005 *fuerunt* PE : *fuerint* G. multo autem maioris momenti est quod ne graviores quidem G^1 corruptelae tantae sunt ut quibus aut veniam dare aut prope iustam errandi causam facile detegere non possimus. nam cum haec legantur quae sunt e. g. *Vat.* 5, 61 *quam* PEHG^2 : *quoniam* G^1; 41, 541 *fuerit* PEH : *fuit* G; *Cael.* 56, 756 *petivit* T^sP EH : *pretium* G, quid obstat quin primis duobus locis scribam compendia scripturae levi errore reddidisse, hoc vero postremo simillima litterarum specie in errorem inductum esse statuemus? nam ea quae ut dixi ex librari ingenio male nata aut temere ab eo mutata videantur perraro in textum recepta sunt, ut tamen haec v.c. nihilo minus quam illa legantur, velut *Vat.* 26, 339 *interrogares* PE : *rogares* G; *Cael.* 75, 1011 *odiumque* PE : *atque odium* G; 78, 1052 *urbem* C^bPE : *civitatem* G.

Accedunt alia corruptelae genera, quae ut in utroque codice diversis locis comparent, ita neutrum ex altero deductum esse ostendunt.

sic solus **E** saepe falsa collocatione verborum laborat, velut *Vat.* 42, 548 *abs te responderi* (*-re* **P**)**PG** : *responderi abs te* **E**; *Cael.* 43, 503 *vobiscum recordamini* **ΠPGH** : *recordamini vobiscum* **E**, quod genus item suis propriis locis profitetur **G**, velut *Cael.* 17, 206 *patris potestate est* **PEH** : *potestate est patris* **G** : *patris potestate sit* $\mathbf{C^vC^b}$; 25, 310 *meum familiarem* **PEH** : *familiarem meum* **G**; 43, 585 *quidem erratum* (*-rum* **E**)**ΠPEH** : *erratum quidem* **G**. eadem ratione utrobique conpluries omissionibus singulorum vel plurium vocabulorum peccatum est, ita ut aut in solo **E** interdum aliqua desint, velut *Vat.* 2, 21 *eius* **PGH** : om. **E**; 38, 496 *tibi* **PGH** : om. **E**; *Cael.* 53, 707 *ceterorum* **ΠPGH** : om. **E**; 61, 823 *cum* **PGH** : om. **E**; 67, 919–921 *-que conspectus ... istorum* om. **E**; 72, 979 *maxime* **PG** : om. **E**; 79, 1062 *ad mores* $\mathbf{C^b}$**PG** : om. **E**, aut ab uno **G** absint, velut *Vat.* 28, 368 *iam* **PEH** : om. **G**; *Cael.* 2, 21–22 *cui utrum ... spei fuisse* **PEH** : om. **G**; 15, 182 *tamen* **PEH** : om. **G**.

Et tamen alio modo codices **GE** non solum unius stirpis sunt, sed etiam eo quod iis locis verum praebent ubi idem non servatum est in alteris duabus stirpibus, interdum etiam ne in codice quidem Cluniacensi, eos per se repraesentare propriam originem ex **ω** ductam nemo est quin concedat. quam ad rem inlustrandam primum non adfero locos ubi lectiones per **y-m** **GE** traditionis ramum descensae comprobantur testimoniis aliunde petitis, sed eos tantum qui sola fide **GE** nixi ipsius loci sensu commendantur.

huc igitur v. c. pertinent *Vat.* 26, 345 *et perditissime* **GE** : om. **P**; 33, 431 *potestate* **GE** : *tempestate* **P**; *Cael.* 11, 133 *defenderet* **GE** : *defenderat* **P** : *defenderit* **H**; 22, 278 *facillume* (*-illime* **E**) *fingi* **GE** : *facillime* (*-ę* **H**) *effingi* $\mathbf{P^2}$**H** : *facillum|effingi* $\mathbf{P^1}$; 78, 1054 *muliebri* **GE** : *muliebris* **P** : *mulieris* $\mathbf{C^v}$; 79, 1063 *vestrorum vel* **GE** : *vestrorum uti* **P** : *nostrorum vel* $\mathbf{C^vC^b}$.

quod si haec plerumque leviora tibi videntur quam quibus fides codicum **GE** comprobetur, adfero aliquot locos quos genuinos esse consensu multiplicis antiquae memoriae partim a scholiasta Bobiensi, partim a papyro **Π**, pa-

limpsesto **T** codiceque Cluniacensi **C** petitae demonstratur. quo in numero et multa alia et haec insunt, velut

Vat. 6, 71 *dixisti* Schol. **GE** : *dix* * *ti* **P** : *dixi* **H**; 29, 381 *quo* Schol. **GE** : *quod* **P**; ib. 382 *pecuniis* Schol. **GE** : *pecunis* **P**; *Cael.* 13, 162 *audaciter* **C**^{v}**C**^{b}**GE** : *audacter* **PH**; 20, 254 *cepisse* (*cę-* **E**)**C**^{v}**GE** : *caedisse* (*ce-* **H**)**PH**; 22, 273 *et huius* (*huic* **E**)**C**^{v} **GE** : *huius* **PH** (perperam de h. l. rettulerunt edd., etiam Cou.); 47, 625 *se* Arus. **ΠGE** : *sese* **PH** : *se* post *dedisset* habet **C**^{v}; 55, 741 *est in re* **TGE** : *est in rea* **P**^{1} : *est et in rea* **P**^{2} : *est et in rem* **H**; 72, 980 *nobilissimi* **C**^{v}**A**^{s}**GE** : *nobilis si* **P**^{1} : *nobiles* **P**^{2}.

Hic etiam pauca de indole **G**^{2} adferenda, ut qui eo in se oculos convertat quod quibusdam locis genuina solus servat. ac minus me movet quod v. c. tales lectiones correctori **G**^{2} debentur, velut *Vat.* 29, 386 *cum tu ei* **G**^{2} : *cum tu et* **PG**^{1}**E** : *cui* Schol.; 37, 493 *num quem* **G**^{2} : *nunc quem* **PG**^{1}**E**; *Cael.* 31, 394 *necare* **G**^{2} : *negare* **PG**^{1}**EH**; 75, 1006 *qua ex vita* **C**^{v}**G**^{2} : *qu(a)e ex vita* **G**^{1}**E** : *xubita* **P**, cum haec facili coniectura elici potuerint. verum iure mireris quod *Cael.* 25, 316 ubi ceteri **PG**^{1}**EH** *ut* exhibent **G**^{2} una cum Cluniacensi veram lectionem *et* servat, quam quidem in hac tanta verborum complexione eum de suo assecutum haud facile credam. certe **G**^{2} codicem adiisse – utrum **m** an ipsum **y** non pro certo diiudicaveris – ostendunt loci quibus pro eo quod **G**^{1} *hoc* vel *huius* perperam scripserat, is *autem* restituit (v. supra). eodem referendum quod haud raro ei contigit ut, ubi **G**^{1}**E** vel ambo vel sua uterque ratione in errores inciderunt, verum reciperaret. cuius modi sunt multa, velut

Vat. 27, 355 *multas iam* **PG**^{2} : *multa sed iam* **G**^{1} : *multam suam* **E**; *Cael.* 20, 250 *fore* **PHG**^{2} : *foro* **G**^{1}**E**. maioris vero momenti sunt ii loci ubi **G**^{2} verum una cum **H** tuetur, velut *Vat.* 12, 150 *morarere* **HG**^{2} : *morare* **P**^{1}**G**^{1} : *morares* **P**^{2} : om. **E**; *Cael.* 40, 545 *alia* **T**^{s}**HG**^{2} : *aliqua* **ΠPG**^{1}**E**; 48, 640 *ab huius* **C**^{v}**HG**^{2} : *ab* (*-b* in ras. **P**) *eius* **PG**^{1}**E**; 49, 648 *hoc in* **C**^{v}**HG**^{2} : *hoc* **P** : *hac* **E** : ?**G**^{1}.

hic vero monendus es, lector, – qua de re plura infra dicenda – codicem **H** arto vinculo cum **y** coniunctum esse, itaque fieri posse ut similis liber correctori **G**² praesto fuerit potius quam ut eum codicem **P**, id quod voluit Klotz,[35] adiisse putes. verum de **G**² iterum in cap. vii agendum erit.

Haec igitur de stirpis **y** origine ac pretio cum satis firmis fundamentis niti mihi videantur, aegre a me impetrare possum ut veteris illius controversiae qua olim auctoritas **P**²**GE** in dubitationem trahebatur memoriam iterum resuscitem. quod dum facio, id eo consilio facio, ut laudibus ecferam merita Alfredi Klotz qui perspectis codicum **PGE** necessitudinibus collataqua reliqua antiquitatis memoria in Caeliana exstante nihili esse aestimanda quae contra fidem auctoritatemque testium **P**²**GE** protulit Carolus Halm satis superque demonstravit.[36]

H Tertiae stirpis princeps est cod. Harleianus 4927 (**H**) s. xii exeunte si non in urbe Turonum, at certe in scriptorio quodam media Gallia sito confectus.[37] liber est membranaceus binis columnis tricenum ternum versuum littera gothica exaratus. continet praeter alia decem Parisini 7794 orationes omnes. f. 55ᵛ–58ᵛ *INCIPIT IN VATINIV(m) teste(m)* legitur, f. 58ᵛ–67ʳ *INCIPIT. M. TVLLIVS. P(ro) CE-*

35 Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xxviii–xxix. adde quod id propterea fieri non potuit quod hi codices in diversis regionibus ferebantur.

36 Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio, passim; in eandem sententiam ante Klotz egerunt F. Schoell, Die Interpolation der ciceronischen Caeliana, Rhein. Mus. 35, 1880, 543–563; M. Hertz, Zur Kritik von Ciceros Rede für den P. Sestius, Jahrb. f. class. Philol., Suppl. 13, 1884, 33–73. quod ad Halm attinet, v. eiusdem Interpolationen 321–350.

37 Cf. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xii–xiii.

LIO, quarum hanc integram sane, sed quae post 70, 951 *commissa vobis* deficit, illam multis per totam orationem omissis abbreviatam exhibet. praeter librari manum altera manus paucis locis cernitur, cuius tamen correctiones cum levissimae sint, non est cur earum ratio in adnotatione critica nominatim habeatur. primus in codicem Harleianum animum intendit Aemilius Baehrens, cui viro prima Caelianae orationis collatio ad Kayseri ed. Lipsiensem a. 1862 instituta debetur.[38] verum neque huius neque sequiorum tanta diligentia fuit ut munere collatoris supersedere possemus. in hac igitur editione codicem **H** denuo ex imagine excussum profero. id scire nostra magis refert Harleianum ca. aa. 1335–38 in manus Petrarcae, qui eo tempore in Provincia versabatur, pervenisse videri. cum enim decem illae orationes post imperium Romanum deletum apud Italos periissent, ita ut renascentium litterarum tempore iam nullus liber exstaret unde omnes legi possent, codice Harleiano reperto facultas eas lectitandi vel describendi tum primum Ciceronis studiosis data esse videtur. codicem **H** Petrarcae fuisse colligitur ex notulis quibusdam in marginibus libri appositis, quas a manu Petrarcae profectas esse ratio scribendi indicare videtur.[39] hae autem occurrunt in Vatiniana et Caeliana: f. 58^{r}b (ad *Vat.* 39) *Magna execratio Vatinii*; f. 59^{r}b (ad *Cael.* 6) *differentia inter accusationem et maledictionem*; f. 60^{r}a (ad *Cael.* 13) *anime conditiones Cateline*; f. 62^{v}a (ad *Cael.* 34) *Obiurgatio in mulieres*; f. 63^{r}b (ad

38 Ae. Baehrens, Ad Ciceronis Caelianam, RPh 8, 1884, 33–54.

39 V. E. Pellegrin – G. Billanovich, Un manuscrit de Cicéron annoté par Pétrarque au British Museum, Scriptorium 8, 1954, 115–117.

Cael. 39) *Nota*; f. 63^{v}a (ad *Cael.* 40) *Nota su ... (?)* (verbum evanidum factum legere non potui); f. 64^{r}b (ad *Cael.* 45) *Nota non concurrere cum libidine ingenium*; f. 66^{v}a (ad *Cael.* 63) *Magna vis veritatis.*

Huius codicis rationem esse admodum singularem antea saepius dixi.[40] quod si Vatinianam spectes, omnino dubitari nequit quin omissiones istae quibus oratio laborat non casu, sive quod evanidam vel situ deletam exemplaris scripturam scriba dispicere non poterat sive quod verba exteriore quodam damno affecta omnino exciderunt, sed consilio orationis contrahendae inito consulto factae sint, idque ita ut omnia quae nimis longa videbantur e contexta oratione expellerentur. in eo negotio is qui orationem contraxit sedulo cavit ne grammaticam integritatem sententiarum pessum daret neve nexum orationis omnino tolleret, simulque curavit ut quae in exemplari suo depravata videbantur omitterentur. ne sim longus, vide qua ratione *Vat.* 41–42 in H in brevius contracta legantur:

> **41.** *sed cum T. Annium tantopere* (*tanto opere* codd.) *laudes et clarissimo viro non nullam laudatione tua labeculam aspergas – in illorum enim numero mavolt T. Annius esse qui a te vituperantur –, verum etiam quaero, cum in re publica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit,* [*id quod ... quaero*] *qui possis eos quos crimine coniungis testimonio diiungere.* **42.** [*extremum ... grata*] *non coarguo inconstantiam rationis* (*orationis* codd.) *ac testimoni tui* [*quas enim ... noles*] *ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur.* [*dixerisne ... debuisse*].

40 T. Maslowski, Some Remarks on London, British Library, Ms. Harley 4927, Rhein. Mus. 125, 1982, 141–161; cf. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xxxiii–xxxiv.

Hanc abbreviationem totiusque codicis verborum conformationem in usum discipulorum a ludi magistro factam esse haud absurde me olim coniecisse non solum oratione Vatiniana rursum comprobatur, sed etiam ex quibusdam Caelianae locis facile colligitur. cuius rei documenta inspice haec. *Cael.* 64, 867 ubi **PGE** *poetriae* tradunt, **H** *poetria adverbialiter* (*adverti aliter* perperam in ed. Parisiensi [2]1969 rettulit Cousin) exhibet; qua lectione duas res de codice **H** comperimus. primum notula illa *adverbialiter*, quae sine dubio ad explicandum *poetri*⟨*a*⟩*e* perperam pro adverbio acceptum ab istius abbreviationis auctore addita erat, confirmatur id quod dixi, praelectionis vel enarrationis causa conscriptas orationes codicem **H** continere, deinde, id quod gravioris momenti est, non ipsum codicis librarium ea ratione Ciceronis scripta conformasse, sed iam ab alio conformata descripsisse. vix enim dubitari potest quin notula illa ex exemplaris margine inter Ciceronis verba recepta sit contractioque illa iam ibi facta sit. quo comperto facile explicatur alter locus *Cael.* 38, 510 ubi cursu orationis non intellecto homo ille qui orationes re vera contraxit adiecta in margine notula *responderet* ad versus Terentianos a Cicerone citatos spectante lectorem admonuit his verbis Caelium ipsum *leni ... et clementi patri* responsurum fuisse, quod verbum ex illo exemplari in textum ipsum transtulit scriba **H**, ut ita codices hoc loco discrepent, *est* **ΠT**[s] **PGE** : *est responderet* **H**. qui ille abbreviator fuerit non quaerimus: nisi quod id certum et testatum habemus in exemplari quod codicis **H** scriba ante oculos habuerit orationes nostras iam illius viri docti expertas esse strenuam illam *διασκευήν*; neque deerunt quorum id scire referat. nihilo minus in iis quae sequuntur omnia quae de indole Harleiani libri profero ad scribam **H** referri malo. id eo consilio feci ne propter nimiam cautionem, ut cui de re-

bus ignotis paulo accuratius disserere ausuro timendum erat ne parum sibi constantes coniecturas facerem, rebus minutis implicatus praeter necessitatem obscurus fierem.

His ita constitutis restat ut de codicis **H** fide et auctoritate in Ciceronis verbis tradendis pauca disseram. qua in re tractanda id magnam difficultatem adfert quod saepe frustra quaeris utrum ea quae **H** exhibet sive bona sive mala ex antiqua memoria servata sint an ex librari ingenio procreata. id eam causam habet quod multa in eo ob illud abbreviandi studium novata inveniuntur, multa ad libidinem mutata accesserunt, multa etiam ex puriore aliquo fonte desumpta esse videntur (cf. etiam cap. vii). nam ne id quidem pro certo affirmari potest utrum **H** sua via ex ω descenderit an ex duabus illis alteris stirpibus conflatum verborum ordinem repraesentet. quae cum ita sint, primum in eius fontes quantum fieri potest inquiramus necesse est. hic igitur primum adferendi eius modi loci unde de fundamento quo scriptura **H** niti videatur coniecturam saltem facere possumus. quo in numero me quidem iudice est *Cael.* 45, 602 ubi **ΠC**^{v} recte *loquor* praebent, **P**^{2}**GE** *eloquor*, **P**^{1} autem duplicem lectionem *eloquor quorum*, quam paulo de suo immutatam *eloquiorum* fideliter reddit **H**. quis autem credat, si **H** ex **P** descriptus esset, quod quidem ratione temporis habita non nisi post correctiones a **P**^{2} inlatas fieri potuit, propositis duabus his lectionibus *eloquor* et *eloquor quorum* eum, qua fuit audacia atque calliditate, non illam, quae certe sensum non pervertit, electurum fuisse? ita fit ut **H** haud uno loco aut spreta correctione **P**^{2} cum **P**^{1} aut simpliciter cum **P** in erroribus conspiret, cuius rei exempla cum alia multa tum haec exstant, velut

Cael. 8, 94 *atque isti dignitati*] *atque etiam isti dignitati* **GE** : om. **PH**; 20, 254 *cepisse* (*cę-* **E**)**C**^{v}**GE** : *caedisse* (*ce-* **H**)**PH**; 22, 273 *et huius* **C**^{v}**G** : *et huic* **E** : *huius* **PH**; 42, 571 *probrum* **T**^{s}**P**^{2}**GE** :

probum P^{1}H; 51, 681 *domini* C^{v}C^{b}GE : *do*]*mini* Π : *domi* PH; 58, 782 *tam* C^{v}C^{i}(= w) : *iam* PH : om. GE.

his igitur locis dilucide demonstratur H fundamenti loco codicem aliquem habuisse x, qui ut simillimus illius libri unde descriptus est P fuerit, ita sua via ex ω descendisse videatur. cuius corrigendi gratia eum codicem aliquem generis y adhibuisse ex accessione lectionum y elucet quibus H adeo refertus est ut interdum prope eandem originem profiteri videatur.

cuius modi sunt v. c. hi loci, *Vat.* 2, 17 *paucis meis* P : *paucissimis* GEH; 3, 31 *in quo alterum* P^{1} : *in quorum altero* P^{2}GEH; 19, 243 *labefactatam* P : *labefactam* GEH; ib. 245 *perversam* P : *eversam* GH : *eū ā* E; 42, 554 *orationis* P : *rationis* GEH; *Cael.* 21, 267 *varietas* PC* (= w) : *varietates* GEH; 30, 383 *versatur* P : *urgetur* GH : *urguetur* E; 36, 478 *vis* ΠP^{1} : *visa* P^{2}GEH; 43, 583 *libet* ΠC^{v} : *liquet* P : *necesse est* GEH; 63, 858 *temperantes* P : *gravitati deditos* GEH.

neque dubitari potest quin H ipsum P interdum adierit, unde fit ut hic illic etiam cum P in coniecturis P^{2} consentiat, quamquam aliqua ex talibus aliter explicari posse bene mihi sum conscius. verum confer v. c. haec:

Cael. 22, 278 *facillume* (*-illime* E) *fingi* GE : *facillime* (*-ę* H) *effingi* P^{2}H : *facillum|effingi* P^{1}; 24, 302–303 *qui cum doctrin*(*a*)*e studio* C^{v}C^{ii}(= D^{2}dZ) : *cum doctrina homo* P^{2}H : *doctrina homo* G^{1}E : *doctrinae homo* G^{2}; 37, 500 *dide* P^{1} : *dede* P^{2}H : *di deę* G : *Dii deę* E : *decede* Π; 50, 657 *tuas clodia* C^{v}C^{ii} (= D^{2}) : * * *clodia* (*de* eras. videtur) P^{1} : *clodia* GE : *clodiae* P^{2}H.

Vides igitur cum stirpes P et y constanter inter se opponantur et utraque satis magna copia propriarum lectionum vel bonarum vel malarum insignis sit, H incertum modo hanc modo illam (vel etiam utramque, ut *Cael.* 65, 881 *magis* C^{v}C^{b}P^{1} : *meliori* P^{2}GE : *meliori magis* H) ita sequi ut dubitatio oriatur num quid genuini ex antiqua memoria petiti omnino in eo reperiri possit. accedit quod cum H subsidiis undecumque adscitis recensionem quan-

dam orationum efficere studeat simulque id propositi habeat ut textus qui quam minima offensa legi possit exhibeatur, id haud raro nisi coniectando vel interpolando alia ratione consequi nequit. quo fit ut **H** saepe in refingendis Ciceronis verbis tam libere grassetur ut sententiam magis quam verba reddat vel diversa plane verba ponat quam quae in antiquioribus exemplaribus invenit vel etiam multa admiscat nova. cuius modi sunt infinita. velut *Cael.* 46, 622–623 in his *qua re in hoc genere labor offendit homines a studioque deterret*, ubi verum e cod. Cluniacensi reciperatur (cf. app. cr.), reliqui **PGE** tantum in *labor offendit* leviter peccant (v. c. *laborefiendi* **P**), **H** omnia de suo mutavit *quae res in hoc genere homines a labore studioque discendi deterret*; *Vat.* 10, 116 pro ceterorum *nemini* scripsit *quanto nemini*, quod ad antecedens *tanto* spectat; *Vat.* 20, 247 pro codicum **PGE** *nos* **H** scripsit *nos essemus* manifesta interpolatione. verum saepissime illa novandi libido in substituendis verbis versatur ut haec v. c. in **H** legantur,

Vat. 3, 33 *implicatam* **GE** : *inplicam* **P** : *implicitam* **H**; 5, 52 *neclexerit* **P** : *neg-* **GE** : *illexerit* (ex *illeserit* corr. ipse **H**) **H**; 18, 234 *advocaret* **PGE** : *convocaret* **H**; 32, 415 *amentia* $\mathbf{P}^2$**GE** : *amen*ta* $\mathbf{P}^1$: *insania* **H**; *Cael.* 12, 148 ⟨*et*⟩ *inter se pugnantibus* Ha.^{2} : * *inter* (sine ras. **GE**) *se pugnantibus* **PGE** : *inter se repugnantibus* **H**; 14, 173 *optumi* (*opt-* in ras. **P** : *opti-* **E**) *cuiusque* **PGE** : *unicuique* **H**; 22, 274 *periculosas* **PGE** : *periculosissimas* **H**; 38, 504 *derecto* **ΠP** : *directo* **GE** : *decrepito* **H**; 59, 804 *mihi* $C^vC^bC^{ii}(=D^2NQ^2)$: *ibi* **PGE** : *urbi* **H**; 64, 873 *tradidisset* (*-issent* **E**) **PGE** : *retraxisset* **H**; 64, 879 *reperio* **PG** : *repperio* **E** : *invenio* **H**.

Iam videamus de **H** virtutibus. at nescio an mireris me huc *Vat.* 28, 366 primum arcessere, quo loco **P** *illius clarissimis* praebet, idem fere **GE** *illis clarissimis*, **H** autem *illius familiarissimis clarissimis viris*, unde *illis viris clarissimis* elicuit Naugerius (*Naug.*^{1}). etenim persuasum mihi est illud

viris, quod **H** habet, non ex illius abbreviatoris vel cuiusvis scioli ingenio exortum esse, sed altius repetendum. cave enim existimes id eodem calculo habendum quo *Cael.* 69, 939, ubi **PGE** *et percelebrata* recte tradunt, **H** vero *et pervulgata et percelebrata* exhibet. hic genuinum illud per glossema explicatum esse, quod postea in codicis **H** textum venit, certum. ne eadem explicatione illic utaris, illud *familiarissimis* obstat, quod, ut casus gen. *illius* suum regimen haberet, adiectum esse manifestum est. ergo cur etiam *viris* addatur nisi si id ex codice aliquo venerit, non intellegitur.

Quae si non persuadent: et alii sunt loci ubi **H** verum tuetur, velut *Vat.* 32, 415 *te tanta* **H** : *tanta* **PGE**; *Cael.* 40, 545 *alia* $\mathbf{T^sHG^2}$: *aliqua* $\mathbf{\Pi PG^1E}$, nec desunt testimonia quibus codicis **H** auctoritas corroboretur. quod quidem ex Caeliana maxime colligitur ubi **H** compluries in veris et falsis cum cod. Cluniacensi facit, quem consensum ne casui attribuas, ipse numerus locorum obstat. inspice enim haec,

33, 422 *succenseat* $\mathbf{C^vC^bH}$: *suscenseat* $\mathbf{\Pi PGE}$; 35, 450 *ut* $\mathbf{C^vH}$: *ut et* **PGE**; 48, 640 *ab huius* $\mathbf{C^vHG^2}$: *ab* (*-b* in ras. **P**) *eius* $\mathbf{PG^1E}$; 49, 648 *hoc in* $\mathbf{C^vHG^2}$: *hoc* **P** : *hac* **E** : ? $\mathbf{G^1}$; 53, 699 *ausus* $\mathbf{C^vH}$: *rursus* **PGE**; 54, 726 *in* $\mathbf{T^sC^vH}$: *per* $\mathbf{G^2}$: om. $\mathbf{PG^1E}$; ib. 732 *in* $\mathbf{TC^vH}$: om. **PGE**; 56, 763–764 *causa* post *fuisse* $\mathbf{C^vC^i}$(= **w**) : post *alterius* **H** : om. **PGE**; 62, 835 *ut* $\mathbf{C^vH}$: *om.* **PGE**.

quae cum ita sint, et in revocanda memoria **ω** et in constituendis orationum verbis vix codicis **H** testimonio careri posse patet.

Itaque codicum **PGEH** testimonio freti plerumque nihil obstat quin ad ipsius archetypi **ω** scripturam ascendamus. quo in itinere perficiendo rectiorem nobis viam **P** praebere, per occulta quaedam nos **y-mGE** ducere, per ambages **H** ex supra disputatis apparet. illud vero ante

omnia tenendum consensum codicum **PGEH** 'non per se antiquitatis esse testimonium, sed eo explicari, quod uno rivo illae orationes ad nos pervenerunt'.[41] quamquam hac fere sola, quantum cognosci potest, antiquam Vatinianae memoriam contineri iam dixi. ad Caelianam vero altera codicum familia ex codice Cluniacensi nota accedit, quae ita est comparata ut diversam huius orationis recensionem praebeat. quam ne neglegamus id prohibet quod inde multis locis vitia defectusque scripturae ω emendari resarcirique possunt. restat igitur quaerendum num quid novi in memoria Cluniacensi resuscitanda praestare nobis liceat.

Stemma librorum familiae ω quo ratio quae inter **PG EH** intercedit inlustratur tale constituatur:

41 Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio iv.

III. DE CODICE CLVNIACENSI RESTITVENDO

Codicis Cluniacensis **C** deperditi memoriam ab inferis excitasse Albertum Clark inter omnes constat.[42] illud mihi laetandum video huius viri inventa his annis magnum recepisse incrementum. edendae Cluentianae gratia omnes codices, quo in numero plerique libri sunt memoriam **C** continentes qui ad Caelianam spectant, diligenti catalogo recensuit Silvia Rizzo.[43] huius opusculi perpetuam utilitatem in his scribendis adeo expertus sum ut, si quis plura de recentioris aevi codicibus a me plerumque nude citatis cognoscere voluerit, eum illuc tacite delegare satis mihi sit. hodie vero nobis, ut hoc referam, mulieris d. editam editionem, longi laboris fructum, oculis usurpare licet.[44] eodem fere tempore Silviae Rizzo vestigiis insistens speciatim de Caeliana ita egit Michaelus Reeve ut codices recentiores coacervarit, nisi fallor, omnes, plerosque in familias nitide disposuerit, eos qui ad Cluniacensem pertinent separatim tractaverit, Italicae orationis Caelianae memoriae novam lucem adtulerit.[45] equidem his subsidiis usus priori quae dicitur Cluniacensis collationi ab Italis factae haud sine fructu operam

c

42 V. A. C. Clark, The Vetus Cluniacensis of Poggio: Anecdota Oxoniensia, Oxford 1905, Classical Series, pt. 10.

43 S. Rizzo, Catalogo dei codici della Pro Cluentio ciceroniana, Genoa 1983; Ead., La tradizione manoscritta della Pro Cluentio di Cicerone, Genoa 1979.

44 M. T. Ciceronis Pro A. Cluentio Habito oratio, rec. S. Rizzo, Sumptibus A. Mondadori, 1991.

45 M. D. Reeve, Before and After Poggio: Some Manuscripts of Cicero's Speeches, RFIC 112, 1984, 266–284.

dedi, quicquid de ea re cognovi in publicum vulgavi.[46] hoc monendus es, lector, totam de deperdito illo codice quaestionem in eo adhuc haerere quod Clark, cum duas fere codicum familias ex quibus restituatur optime distinxerit, alteram bene exploratam, alteram tenebris obrutam posteris explorandam reliquit. hoc igitur alterum deperditi libri testimonium ut in lucem producatur, nobis officium codices quibus continetur examinandi incumbit.

De cod. Cluniacensi fere s. viii scripto (id ex eo colligitur quod librarius 'orthographiae emendatae cuius Alcuinus auctor fuisse Carolo Magno imperante dicitur' expertem se praebet),[47] in quo Rosciana, Cluentiana, Mureniana, Caeliana, Miloniana continebantur,[48] nihil fere scimus nisi quod multo recentioris aetatis testes patefaciunt. saeculo xii eum in monasterio Cluniacensi exstitisse testatur catalogus bibliothecae inter aa. 1158–1161 confectus ubi sub nr. 496 memoratur 'liber in quo continetur Cicero pro Milone et pro Avito (i. pro A. Cluentio

46 T. Maslowski, Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation of the Vetus Cluniacensis in Italy in: The Influence of the Classical World on Medieval Literature, Architecture, Music, and Culture, ed. Fidel Fajardo-Accosta, The Edwin Mellen Press, Lewiston–Queenston–Lampeter 1992, 66–90.

47 V. Clark, The Vetus Cluniacensis xvii–xxii; Id. in ed. Oxoniensi 1905, iii.

48 V. Clark, The Vetus Cluniacensis iii et vii–viii. Cluniacensem quinque orationes amplexum esse efficitur etiam ex catalogo bibl. Poggi post eius mortem (a. 1460) confecto ubi sub nr. 73 haec adferuntur: 'orationes Tullii v antique in pergameno'; v. E. Walser, Poggius Florentinus, Leipzig–Berlin 1914, 422 et 105 adn. 2; cf. B. L. Ullman, The Origin and Development of Humanistic Script, Roma 1960, 38–39; Rizzo, La tradizione 50–51.

Habito) et pro Murena et pro quibusdam aliis.'[49] hinc autem longum de eo silentium idque non interruptum ante quindecimi saeculi initium, quo tempore et in Ioannis de Monsterolio[50] et Poggi Florentini,[51] cum is et amici eius, etiam Bartholomaeus de Monte Politiano, in concilio Constantiensi (1414–1417) versaretur, notitiam ita paene simul venisse videtur ut utrum Gallo an Italo libri inveniendi palma deferenda esset inter eruditos controversia oriretur. equidem facile cum G. Ouy[52] facio qui Ioannem codicem per iter Romam a. 1413 susceptum nactum esse affirmat (scilicet Romam e Gallia euntibus necessario Cluni commorandum erat).[53] ita enim planum fit quo modo evenerit ut plenissimum de eo testimonium codex Parisinus 14749 praebeat. hic enim non ab nescio quo Gallo scriptus est, sed, ut affirmat Ouy, comparatione cum aliquot codicibus manu Nicolai de Clemangiis exaratis facta (ut Leid. Voss. lat. Q 128, Paris. lat. 7823, lat.

49 V. L. Delisle, Le Cabinet des Manuscrits II, Paris 1874, 478; M. Manitius, Handschriften antiker Autoren in mittelalterlichen Bibliothekskatalogen, Leipzig 1935, n. 7 p. 27.

50 V. G. Ouy, Nicolas de Clamanges (ca. 1360–1437) philologue et calligraphe: Imitation de l'Italie et réaction anti-italienne dans l'écriture d'un humaniste français au début du XV[e] siècle in: Renaissance- und Humanistenhandschriften, ed. J. Autenrieth–U. Eigler, München 1988, 40–41; cf. Id., La dialectique des rapports intellectuels franco-italiens et l'Humanisme en France aux XIV[e] et XV[e] siècles in: Rapporti culturali ed economici fra Itali e Francia nei secoli dal XIV al XVI, Atti del colloquio italo-francese, Roma 1979, 149.

51 V. Clark, The Vetus Cluniacensis iii–iv.

52 V. supra adn. 50.

53 Quod ad ipsam peregrinationem attinet, consulas velim Jean de Montreuil, Opera iv: Monsteroliana, edd. E. Ornato – G. Ouy – N. Pons, Paris 1986, 315.

14752), ab ipso Nicolao confectus, quo Ioannem familiarissime usum esse notum. cui si Ioannes librum commodavit, habuit Nicolaus unde ea quae utilia sibi viderentur in novas membranas transcriberet. quod si verum est, necessario hoc etiam adnues: non Poggium ipsum Cluniacensem invenisse, sed iam repertum a Gallis accepisse, id quod re vera contendit Ouy. ecce eius verba: 'Une fois la copie et la collation achevées, le vénérable codex fut remis à Poggio, sans doute en échange de quelque autre manuscrit rare.'[54] obiter hic monendum, quod Clark pronuntiavit: nihil novi ex Cluniacensis lectione ad libros qui originem ex Paris. 14749 traherent in describendo accessisse, ut haec librorum turba (codd. Paris. lat. 6369, lat. 7777, etiam lat. 7828, Wolfenbutt. 338 [Helmst. 304]) sine ullo damno abici posset,[55] id, cum veterem librum Italis concessum esse neque iam Gallis

54 Idem antea suspicabatur R. Sabbadini, Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV, corr. E. Garin, 2, Firenze 1967, 72–74; Id., Storia e critica di testi latini, Padova ^{2}1971, 23–25.

55 V. Clark, The Vetus Cluniacensis v–vi, xi–xiii, xv–xvii, lxiii; Rizzo, La tradizione 54. cf. etiam Maslowski–Rouse, The Manuscript Tradition 62. de cod. Wolfenbutt. videndus H. Wrampelmeyer, Codex Wolfenbuttelanus Nr. 205, olim Helmstadiensis Nr. 304, Hannover 1872. quod Rizzo codicem Paris. lat. 6369 propter complures coniecturas laudibus mactat, coniecturas quidem etiam in Caeliana deprehendi, quae tamen fere omnes aut iam in lat. 14749 in ipso textu (= v) comparent aut, si quae novae accedunt, nullius momenti sunt, velut (Paris. = Paris. lat. 6369) 1, 6 *arguatur*] *accusatus* C^vC^b : *accusatur* Paris. in mg.; 16, 197 *eius* C^v**PG** : *enim* **Hv** Paris. in mg. (cf. app. cr.); 38, 505 *decessisse*] *discessisse* C^v : *discesse* Paris. in mg.; 51, 680 *insidiandis* C^vC^b : *insidiantes* (*-tis* **GH**) **PGEH** : *insidiantibus* **v** Paris. in mg.

praesto fuisse cognoverimus, etiam rationibus historicis comprobari.

Illud bene exploratum habemus, postquam vetus noster in manus Poggi devenerit, locos aliquos ex quinque orationibus in usum suum decerpsisse Bartholomaeum de Monte Politiano, Poggi comitem et collegam 'ab Romanae ecclesiae principibus Constantiam missum.'[56] hos ex Bartholomaei schedis in membranas codicis Laur. 54.5 (C^b) ab homine ignoto translatos esse demonstravit Clark. post excerpta facta **C** Florentiam ad Nicolaum Nicolum, Poggi amicum,[57] missum esse coniectura est, sed verissima.[58] non mirum igitur quod iam a. 1415 Franciscus Barbarus librum antiquum Florentiae oculis usurpabat.[59] inde vero ab hoc anno usque ad postremam eius memoriam quaenam codicis fata fuerint subobscurum. unum quidem observandum. Poggius a. 1423 ab Anglia redux cum Romam venisset, codicis sui memor saepius Nicolaum, hominem veterum librorum tenacissimum, litteris adiit ut eum Romam ad se mitteret. utrum orationes transcribere voluerit an conferre an penitius congnoscere incertum. illud constat Nicolaum amici sui efflagitationi-

56 V. Q. Asconii Pediani orationum Ciceronis quinque enarratio, ed. A. C. Clark, Oxonii 1907, xiii–xiv.

57 De hoc videndus Ullman, The Origin 59–77; L. Mehus, Historia litteraria Florentina, Florentiae 1759 (iterum impressum München 1968), xxix sqq.

58 V. Clark, The Vetus Cluniacensis iv.

59 V. Guarinus, *comm. in Cic. S. Rosc.* 132 *ut autem clarissimus et doctissimus vir Franciscus Babarus dicere ac deplorare solet, occaecatum adeo exemplaris codicem, unde haec exarata est oratio, Florentiae viderat, ut nullo pacto inde transcribi verbum potuerit.* Barbarum Florentiam iter fecisse exeunte Iul. ineunte Aug. a. 1415 docet Sabbadini, Storia e critica di testi latini 26.

bus cessisse atque compotem voti fecisse. nam Poggius in epistula notissima (*ep.* 4,2 [I 294 Tonelli]) ad Nicolaum d. 13 m. Dec. a. 1429 data codicem se Florentiam remisisse amicum certiorem facit. haec postrema Cluniacensis memoria et recordatio est, neque quisquam eum postea umquam vidit aut manibus tractavit; quamquam pretiosum librum aliquando in Poggi bibliothecam rediisse catalogus ille post ipsius mortem confectus, cuius mentionem in adn. 48 feci, testis est.

Maximam vero difficultatem in deperdito Cluniacensi restituendo id adfert quod neque Galli neque Itali totum librum exscribendum curaverunt, sed, si quas orationes eius ex quolibet alio fonte integras habuerint, his contenti id egerunt ut non nisi varietatem scripturae inde decerperent. quo factum ut, cum Rosciana et Mureniana tum primum ex solo Cluniacensi iis innotuerit, utramque avidi in suas membranas transtulerint. aliter rem in Cluentiana gesserunt. quae oratio cum id temporis in libris originem Casinensem (cod. Laur. 51.10) profitentibus quinque lacunis foedata circumferreretur, in lacunis ex cod. Cluniacensi explendis summum studium curamque posuerunt, in reliqua oratione id tantum adtenderunt ut variantes lectiones indidem exscriberentur. verum iam vides quid fuerit quod in Caeliana non nisi singulae ex vetere libro lectiones aetatem tulerint. adde quod has eo facilius cognosces, quo melius genus scripturae cum quo vetus liber comparabatur cognitum habueris. quod negotium cum usque ad has curas fere solo cod. Parisino 14749 contineretur, haud multum inde molestiae editores trahebant. nunc vero id iam non sufficit. itaque perscrutandi mihi erant codices Italici si forte plus veteris lectionis inde proferri posset. ceterum hoc eruditis hodie persuasum est praeter Nicolaum de Clemangiis bis veterem Cluniacensem ab Italis ipsis esse collatum idque ita ut

prior collatio inter aa. 1416–1417 a Nicolao Nicolo facta videatur,[60] posterior decennio post item a Nicolao Florentiae[61] vel Romae a Poggio.[62] quarum neutra cum hodie supersit, sed utriusque vestigia libris recentioris aevi impressa deprehendantur, quid Itali in hac re praestiterint ut cognoscamus, universa ratio codicum Italicorum examinanda erit.

Duae sunt igitur librorum familiae memoriam **C** continentium, e quibus una est Gallica, altera Italica: haec numero, illa bonitate praestantior. Gallicus codex est unus Parisinus 14749 (olim S. Victoris) ante a. 1415 a Nicolao de Clemangiis conscriptus.[63] continet inter alias orationes collectionem codicis Parisini 7794 (**P**), quam ex cod. Bernensi 136 (**B**) exscriptam esse demonstravit G. Peterson.[64] Caeliana f. 110ʳ–121ᵛ legitur. huius textum **v** (σ apud Clark) nota significavi. **v** inscriptione caret. qui titulus in summo margine dextro conspicitur, i. *p(ro)· m· caelio i(n)cip(it)*, ex **C** fluxit. de **v** haec tantum adnoto, sicut **B** fideliter reddat correctum **P**, i. $\mathbf{P}^1 + \mathbf{P}^2$, ita **v** accuratam imaginem **B** praebere, ut perpaucis exceptis **v** eundem esse ac **P** recte aestimes. si quando **v** a **P** discrepet, facile Nicolai vitia vel leves codicis **B** errores discerni, velut

v

60 V. Reeve, Before and After Poggio 284; cf. Clark, The Vetus Cluniacensis xxxvii–lxiii.

61 V. Rizzo, La tradizione 79–80.

62 V. R. Cappelletto in censura librorum Silviae Rizzo, La tradizione et Catalogo, RFIC 112, 1984, 82–91.

63 Primus codicem descripsit Clark in The Vetus Cluniacensis xiv; nunc vero videndus Ouy, Nicolas de Clamanges 41.

64 V. The Story of a Grease Spot by Principal Peterson of McGill University, Montreal, TAPA 40, 1909, lxviii–lxix; W. Peterson, Cicero's Post Reditum and Other Speeches, CQ 4, 1910, 168–169.

19, 239 *quam ipse* **PGEHB** : *quod ipse* **v**; 28, 254 *aliqui* **PG EH** : *aliquis* **Bv**; 29, 362 *deficiat* **P** : *deficiet* **GEHBv**; 32, 406 *relinquontur* (*-un⟨t⟩ur* **Π**)**ΠP** : *-antur* **GE** : *-entur* **H** : *-itur* **Bv**; 55, 736 *recita* **T**^{s}**P** : *recitate* (ex *recita* corr. **B**) **GEBv**; 74, 994 *memoria* **PGEB** : *-iam* **v**.

noli vero putare haec a me non nisi codicis describendi causa adferri. illud potius quaeritur num si quando **C** silet, **v** a **P** (fere idem ac **B**) discedit, taciturnitas ipsa pro **C** lectione habenda sit. moneo igitur id genus locos in Caeliana saltem in tantulis tamque levibus versari ut neque dubitationi ullus locus relinquatur neque paucissimis exceptis omnino rationem eorum habere operae pretium fiat.

C^{v}

Textum **v** cum **C** comparatum esse iam dixi. cuius lectionis varietatem siglo **C**^{v} potius quam Σ, quod Clark volebat, indicavi. etenim in universum id in adferendis lectionibus **C** undecumque adscitis curavi ut vel ex ipsa notandi ratione statim planum fieret quid quoque loco singulis scripturae **C** testibus deberetur. quod si nota **C**^{v} intellegitur lectionem **C** in cod. **v** inveniri, eandem rationem secutus sicubi e collatoris silentio sub scriptura **v** lectionem **C** latere suspicio oritur, **C**^{vs} notam ponere debui. verum talibus in locis parum mihi constans, maxime vero brevitatis causa, simplicius illud **C**^{s} securus posui.

C^{s}

C^{v}

Quid in cod. **C** fuerit ex notis in codicis **v** marginibus positis facile colligitur. in Caeliana enim omnia tam claris nitidisque litteris vel certis quibusdam indiciis exhibita sunt ut quo quoque loco scriptura **v** a **C** differat dubitari nequeat. ratio vero comparandi ad discrepantiam ipsam inter **v** et **C** intercedentem accommodata est, ita ut cum tribus fere rebus **C** a **v** potissimum discrepet, primum quod aliquanto aliter conformata vel interdum diversa singula verba quam quae in **v** legantur habet,

tum quod plura quam **v** praebet, denique quod pauciora, ad haec indicanda triplex genus notarum adhiberi videmus.

Ad primum genus duo puncta supra vocabula vel partes vocabulorum posita pertinent, quorum alterum par in ipso textu pictum apparet, alterum eodem modo in margine una cum varia lectione ex **C** excerpta adlatum, ut haec v. c. conspiciantur,

1, 17 *putët* **v** : *ał tät* $\mathbf{C}^{v}$ (ergo *putat* **C**); 2, 20 *s̈ic* **v** : *ał sĩ* $\mathbf{C}^{v}$; 3, 41 *maẍima* **v** : *ał ẍime* $\mathbf{C}^{v}$; 32, 412 *nec*] *nëque* **v** : *ał nëc* $\mathbf{C}^{v}$; 33, 419–420 *nön hac barbula qua* **v** : *ał n̈on ex barbula illa qua* $\mathbf{C}^{v}$; 36, 470–471 *plurimum qui*] *plurimumq̈ue* **v** : *ał qüi* $\mathbf{C}^{v}$; 45, 613 *sëpe nimia copia* **v** : *ał sëpe enim a copia* $\mathbf{C}^{v}$; 63, 863–864 *magnam vim*] *magn̈a vis* **v** : *ał n̈am vim* $\mathbf{C}^{v}$; 68, 933 *sublata*] *sublëvata* **v** : *ał subläta* $\mathbf{C}^{v}$; 77, 1035 *n̈ostra familiaritate* **v** : *ał n̈ostre familiaritati* $\mathbf{C}^{v}$.

huc referendum quod, si quando in eodem versu bis scriptura **v** a **C** differt, ne quis haereat quid ad utrumque locum in mg. positum spectet, uno loco par illud punctorum adpingitur, altero tria puncta trianguli formam efficientes ponuntur, velut 78, 1044–1045 *Cloelius … est*] *cöelius … s̈ït* **v** : *ał clöelius* in mg. sin., *ał ëst* in mg. dex. $\mathbf{C}^{v}$.

Alterius generis est virgula illa $_{\wedge}$ qua in textu posita indicatur ubi versuum supplementa vel singulorum vel plurium vocabulorum ex **C** in codicis marginem translata eaque item altera virgula instructa pertineant. cuius rationis exempla cum multa alia tum haec adferri possunt,

velut 2, 20 $_{\wedge}$*nec* **v** : *ał* $_{\wedge}$*si* $\mathbf{C}^{v}$ (ergo *si nec* **C**); 8, 95 $_{\wedge}$*argumento* **v** : *ał* $_{\wedge}$*ullo* $\mathbf{C}^{v}$; 12, 137 *at studuit*] $_{\wedge}$*studuit* **v** : *ał* $_{\wedge}$*ac* $\mathbf{C}^{v}$; 31, 395 *paravit quodam modo*] *paravit*$_{\wedge}$ **v** : *ał* $_{\wedge}$*quam* $\mathbf{C}^{v}$; 50, 670–671 *huic et ceteris magnam ad se defendendum*] *huic* $_{\wedge}$*defendendum* **v** : *ał* $_{\wedge}$*et ceteris magnam ad se defen.* (sic) $\mathbf{C}^{v}$; 73, 990 *viri*$_{\wedge}$ **v** : *ał* $_{\wedge}$*et clarissimi viri* $\mathbf{C}^{v}$ (v. app. cr.); 76, 1024 *ecflorescit*] $_{\wedge}$*florescit* **v** : *ał* $_{\wedge}$*et* $\mathbf{C}^{v}$.

Ad tertium denique genus vocabula in textu **v** lineis infra positis deleta pertinent, qua ratione indicatur adiecta

in mg. nota *al* his veterem **C** deminutum fuisse. cf. haec e. g.

32, 406 *obpugnandum* **v** : *al* (ergo *pugnandum* **C**); 33, 420 *illa*] *ex illa* **v** : *al* **C**v; 59, 794–795 *e sinu gremioque*] *e sinu egremioque* **v** : *al* **C**v (ergo *sinu gremioque* **C**); 71, 963 *audetisne* **v** : *al* **C**v. saepius tamen ita hoc fit ut compluribus verbis e textu sublatis ampliores orationis partes ex **C** decerptae margini apponuntur. hic praecipue commemorandum quod evenit 24, 301–305 (*Gaius*)*que ... Dio fuerat* (v. app. cr.). nempe tribus locis verba **v** ea ratione tolluntur, ut pro *-que omni cum doctrina homo atque humanitatis* **v** in mg. legatur *al quae coponii qui ex omnibus maxime dionis mortem doluerunt· qui cum doctrine studio atque humanitatis* **C**v, pro *is apud l. luceium ut* **v**, *al apud titum ut* **C**v, pro *fuerat* **v**, *al dio erat* **C**v.

Pauca etiam de collocatione verborum commemoranda. ac primum diversus utrobique ordo verborum plerumque supraposito in textu **v** apice duplo " notatur cui respondet nota *al* in mg. scripta.

sic 1, 16 *libidinem muliebrem*] *"muliebrem "libidinem* **v** : *al* **C**v scribitur; 36, 481 *"dona "esse* **v** : *al* **C**v (ergo *esse dona* **C**); 71, 769 *"est "causa* **v** : *al* **C**v (ergo *causa est* **C**). oculos vero haec convertunt, 31, 391 *auctorem video fontem*] *fo//ntem video au/ctorem* **v** : *al* **C**v; 64, 869 *fu///isse no/n pau//cos* **v** : *al* **C**v (ergo *non paucos fuisse* **C**); 76, 1012–1013 *me invito me hercule*] *me/// me//// he//rcule inv//ito* **v** : *al* **C**v.

ne quis vero putet Nicolaum uno quoque loco una simplicique ratione in **C** comparando usum esse, haud desunt loci ubi notis illis criticis quas descripsi inter se coniunctis, etiam novis quibusdam excogitatis, lectionis **C** diversitas adferatur.

sic 47, 624–625 *si*(*se isti vitae dedisset*(^ in **v** notatum comparet, *al* in mg. admonitum, itaque *si isti vitae dedisset se* habuit **C**; similiter 56, 755 *;(isti mulieri //venenum* **v** : *al* **C**v, ergo *venenum isti mulieri* **C**; cf. etiam 67, 906–907 *^(iam videre primum* **v** : *al prim*·**C**v, itaque *prim· iam videre* **C**.

praeterea animadvertas velim 14, 172–173 Nicolaum particulas *etiam ... paene* non expunxisse,[65] sed, ut solet, lineis infra positis delevisse significatione *al* mg. adiecta.

Horum omnium ratione habita haud adducar ut hanc marginalem codicis **v** varietatem quam accuratissimam veteris Cluniacensis **C** imaginem reddere negem. apparet enim Nicolaum de Clemangiis necessitatem sibi imposuisse non tam scripturam codicis **v** corrigendi quam plenam lectionis **C** varietatem in margine enotandi. fieri enim non potest ut is qui in tantis minutiis transferendis versatus sit, ex quibus multa sensum ipsum orationis in **v** contextae pervertant, id tantum egerit ut alterius codicis ex altero scripturam emendaret. contra manifesto elucet Nicolaum id sibi proposuisse ut codicis **C** scripturam, etiam depravatam, quantum in se fuerit, quam plenissimam in **v** repraesentaret. sed cum homo fuerit, iure suspiceris eum ob varias causas, etiam oculi vitio, non omnia omni ex parte ita expedivisse ut non errores aliquot admitteret. exemplo sint levia ista peccata libri **v** propria quae supra adtuli, quae Nicolaus intacta reliquit. haec a **C** afuisse certum est. plura tantaedem indiligentiae exempla collationes ab Italis factae ostendunt. sed in universum Nicolaus tot bonae fidei **C** lectiones protulit ut nemo alius umquam, quod sciamus, dimidium huius summae adaequaverit. quae cum ita sint, non mirum si cod. Parisino 14749 quasi norma utimur ad quam fides ceterorum quos habemus scripturae **C** fontium aestimatur. huc accedit quod non alio libro quam eidem Parisino id debetur quod Mureniana et Rosciana, quae antea ignotae fuerant, nec non supplementa illa Cluentianae tum primum ex vetere **C** in notitiam eruditorum pervenerunt.

65 Ita Clark, The Vetus Cluniacensis 47.

Codicem post Clarki exactissimas curas[66] iterum inspectum contulisse videtur Cousin in ed. Parisiensi ²1969. equidem imaginibus lucis ope factis usus codicem denuo examinavi, peccata, quae levissima inveni, in app. cr. notavi.

Codicum Italicorum tria sunt genera: 1. liber in quo excerpta a Bartholomaeo de Monte Politiano ex **C** desumpta commemorantur, 2. codices priorem libri **C** collationem continentes, 3. codices posteriorem veteris **C** collationem complectentes.

C^b 1. Codex Laur. 54.5 (**C**^{b} [**B** apud Clark]) f. 103^v–109^v locos Caelianae ex **C** decerptos continet eosque sine titulo mirumque in modum ordinatos, ita ut §§ 74–80, 13–74, 1–12 deinceps sese excipiant. in eodem codice conspicuus Asconius, quem Poggius a. 1416 in monasterio S. Galli invenerat, eadem manu qua excerpta scriptus subscriptionem nomine 'B. de Montepoliciano' consignatam habet. ergo utraque opuscula ad schedas tempore concili Constantiensis manu Bartholomaei conscriptas referenda esse verissima coniectura divinavit Clark. idem recte observavit, quoniam Laur. 54.5 non ab ipso Bartholomaeo, cuius manum bene notam habemus, scriptus sit, praeposterum illum excerptorum ordinem ipsi codicis Laur. 54.5 scribae, 'nullius doctrinae humunculo', non Bartholomaeo vitio ducendum.[67] testimonium **C**^{b}, utpote qui recta via ex **C** fluxerit, plurimi aestimandum nemo

66 V. Clark, The Vetus Cluniacensis 47–52, unde non nisi delectum scripturae adnotationi criticae in ed. Oxoniensi 1905 adiecit.

67 V. Clark, The Vetus Cluniacensis vi–viii; Id., The Literary Discoveries of Poggio, CR 13, 1899, 123 adn. 1; cf. Asconius, ed. Clark, xiii–xiv.

est qui neget. plerumque igitur et in bonis et malis lectionibus cum **C**^{v} aut, ubi **C**^{v} silet, cum veris **P**(= v) lectionibus conspirat, ut in talibus commorari nihil attineat. oculos convertunt loci ubi solus aliquid praebet. sed cum eius modi vitia deprehendas qualia e. g. sunt

6, 75 *argumento* **C**^{s}**PGEH** : *-um* **C**^{b}; ib. 75 *teste* **C**^{s}**GEH** : *teste* (*tes-* in ras.) **P** : *reste* **C**^{b}; 10, 116 *ipsum* **C**^{s}**PGEH** : *ipsis* **C**^{b}; 33, 418 *ab* **ΠC**^{s}**PGEH** : *de* **C**^{b}; 40, 540 *quae illam* **ΠT**^{s}**C**^{s}**PGEH** : *ille que* **C**^{b}, contra tales veras lectiones vel ad veritatem propius accedentes, ut 35, 461 *actas* **C**^{b}**P** : *acta* **ΠGEH**; 80, 1071 *spei* **C**^{s}**PGE** : *spes* **C**^{b} cf. *Sest.* 28 *dies* (casus gen.); ib. 1075 *vestris* **C**^{s}**PGE** : *servis* **C**^{b}, unde coll. Mart. Cap. *servum vestris* coni. Cl., parum auxili in **C**^{b} positum apparet.

Plenam excerptorum collationem vulgavit Clark;[68] equidem codicem ex imagine denuo comparavi.

Ignoscat mihi lector benevolus si ante quam de codicibus Italicis collationes codicis **C** continentibus disseram, idem fere statuam quod in Sestianae Praefatione de memoria huius orationis post renatas litteras apud Italos per codices novicios propagata exposui. etenim sicut in illa tria fere codicum genera distingui possunt, unum eorum qui textum **H** exhibent, alterum qui **y**, tertium qui **H** + **y** mixtum,[69] idem universe de Caeliana adeo valet ut ad hos rivulus ille traditionis **C** adfluxerit. sed quoniam in Caeliana haec disputatio multo implicatior est et per ambages quasdam necessario ducenda, utile erit capita eius statim proponi ut ad ea postea argumenta singillatim accommodentur. dico igitur in memoria Caelianae propaganda momentum apud Italos haec codicum genera habuisse, primum genus **H** cuius proles **h** in principio plurimum in Italia septentrionali potuit (procul dubio

68 Clark, The Vetus Cluniacensis 1–14.
69 Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xiii.

propter Petrarcae famam), tum apud Florentinos temporibus fere Poggi Bracciolini codices et generis **H** et, id quod maius pondus habet, duae species generis **y**, quarum altera **y-o** aetate vetustior, altera **y-m** codicum **GE** similior, nec non codices ex his mixti, deinde recensio quaedam orationis **w** (sic appellare placet) inter aa. 1416–1417 Florentiae facta ubi, ut alia omittam, prior illa codicis **C** collatio aliquanto multiplicioris codicum memoriae particeps est, denique omnis generis codices multifariam contaminati in quibus lectiones codicis **C** iterum collati modo ad marginem adscriptae modo inter versus positae interdum in verborum ordinem receptae deprehenduntur. itaque omnis Caelianae memoria inde ab **H** usque ad **w** ad superiorem illam collationem restituendam, quam nota $\mathbf{C}^{i}$ significavi, pertinet, ad hanc inferiorem, quam signo $\mathbf{C}^{ii}$ notavi, et illa et codices inde oriundi. haec iam latius explicanda sunt et operosius.

C^{i} 2. Prior codicis Cluniacensis collatio $\mathbf{C}^{i}$ inter aa. 1416–1417 facta.

Primum disceptandum qualia exemplaria antiquiora recensioni illi **w** subesse videantur, idque eo consilio ut his detectis et collatio $\mathbf{C}^{i}$ et codices ad $\mathbf{C}^{ii}$ pertinentes huc delegando accuratius definiantur. ac primum quidem codi-

H ces generis **H** in censum vocandi, quos non ex ipso Harleiano 4927 (H) sed ex apographo quodam sive a Petrarca ipso sive ab alio aliquo facto manasse hodie certum est.[70]

h ex hac turba codicum Italicorum, quae praesto nobis est maxima,[71] ceteris omnibus aetate excellere videtur codex

70 Vide quae exposui in Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xiv–xv; Ornato, La redécouverte 549 et adn. 41.

71 Permultos, si non omnes, ad Caelianam pertinentes enumeratos invenies apud Reeve, Before and After Poggio, 282 adn. 1.

Bibl. Brit. add. 19586 s. $xiv^{ex.}/xv^{in.}$ fort. Patavi scriptus.[72] horum autem antiquissimus temporis nota instructus est codex Vat. Palat. lat. 1478 a. 1413 Patavi scriptus qui Sicconis Polentonis fuit, tum proximus ab eo cod. Perusinus 323 [E 71] (π apud Clark)[73] a. 1416 fort. in Venetis terris, certe in Italia septentrionali exaratus, quos tamen ambo nescio an vetustate superet in eadem regione confectus cod. Vat. Barb. lat. 142.[74] hi codices, quos nulla distinctione facta nota **h** comprehendi, propterea quoque non sunt spernendi quod iis certa codicum familia ad c^{ii} pertinens distinguitur. quo autem facilius qui ex codd. noviciis postea scriptis ad H propius accedant, qui magis ad **h** se applicent cognosci possit, adfero paucas huius familiae proprias corruptelas, unde simul elucet additicium 19586, utpote natu maiorem, reliquis in mendis consentientibus saepenumero solum ab H propius stare. vide enim primum haec, velut

72 Quod ad codicis originem Patavinam attinet, haec consideranda. post mortem Petrarcae ex libris eius, qui tres saltem distractiones passi sunt, codex Trecensis 552, quem principem Ciceronis operum Petrarcae librum fuisse constat, ad unum Petrum de Malveciis (Malvezzi) devenit, quod nomen Patavinum est. huius codicis id est singulare quod Ciceronis *de divinatione* libri *De divinationibus* inscribuntur, qui titulus in cod. Monacensem lat. 277 a. 1465 Patavi scripto et nostrum additicium 19586 transiit. itaque si, quod de illius origine certum est, idem ad hunc referas, fortasse recte facias. v. P. L. Schmidt, Die Überlieferung von Ciceros Schrift *'De Legibus'*, München 1974, 182–183, ubi etiam eruditorum disputationes ad hanc quaestionem pertinentes commemoratas invenies.

73 Clark, The Vetus Cluniacensis xliii.

74 Cf. quae post alios de hac codd. familia disputavi in Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation 74–75.

14, 167 *consceleratus*] *conscetatus* add. : *concitatus* Palat. Barb. **π**; 16, 202 *eius modi cupiditatis*] *eius modi cupidus* **PEH** add. : *eius omnino cupidus* Palat. Barb. **π**; 25, 313 *suptiliter*] add. : *subtilitate* Palat. Barb. **π**, tum eius modi locos, velut 53, 693 *celatam* (*-a* **G**) **PGEH** : *facinori tantum* (*-o* **π**) *celatam* add. Palat. Barb. **π**; 59, 792 *conivetis*] *convictis* add. Palat. Barb. **π**; 64, 866 *veteris*] *vetus* add. Palat. Barb. **π**.

y — y-o — F

De generis **y** codicibus, quorum duas saltem species, alteram **o**, alteram **m**, etiam ante a. 1415, i. ante veterem Cluniacensem Florentiam asportatum, Florentinis innotuisse iam in Sestianae Praefatione docueram,[75] nuper egit Michaelus Reeve.[76] cuius viri diligentissima cura cum remiserit mihi necessitatem plura de iis dicendi, hic non nisi ea quae maxime necessaria videntur proferam. ac primum codices generis **y-o** (**Φ** apud Reeve) in iudicium vocandi, quo e numero elegi cod. Laur. 76.24 (**F**) in quo f. 158^{r}–175^{v} *P(ro) M. CELIO INCIPIT or(ati)o* legitur et cod. Laur. 48. 21 ubi f. 90^{r}–104^{v} Caeliana sine titulo scripta est.[77] illum in app. cr. saepe adfero, hunc ante oculos semper habui ne quid quod unius **F** proprium esset pro totius generis **o** lectione haberetur. vetustissimum generis **y-o** exemplum esse cod. Bernensem 395 saeculo xiii in Belgia vel Germania scriptum, qui tamen Caelianam

75 V. Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xvi–xviii et xxx–xxxi.

76 Reeve, Before and After Poggio 271–275.

77 Reliqui generis **y-o** (= **Φ**) libri apud Reeve, Before and After Poggio 271–272 collecti hi enumerantur: Vat. Ottob. lat. 1710; Escorial. R I 12, inter 1417–1430 Florentiae; Bibl. Brit. add. 16980, ca. 1430–1440 Florentiae; Vat. lat. 1744, s. $xv^{med.}$; Vat. Chig. H. VI 181, s. xv^{1} Florentiae scriptus, finis orationis post 70 *commissa vobis* postea additus; Neap. Bibl. Nat. IV B 7, s. $xv^{1/4}$ Florentiae.

non continet, alibi lectori subieci,[78] codices Italicos ultra a. 1415 non ascendere genus scribendi declarat. **F** et permutatione illa §§ 17–36 (§§ 27–36/§§ 17–27) laborare et singularibus corruptelis **y** ex **G E** notis neque tamen ex altero utro horum derivatum esse sed sua via ex **y** deductum demonstravit Reeve. equidem ipsa horum codicum ratione magis commoveor qui ita ex **y** deducti sunt ut saepenumero interpolationibus audacissimis et fere insanis coniecturis referti sint. sic, ut pauca exempla quibus facile genus **y-oF** ab **y-m** dignoscatur ponam, haec in cod. **F** leguntur, velut

10, 109 *enim adulescente scitis consulatum mecum petisse Catilinam*] *adolescente enim mecum scitis catilinam consulatum petisse*; 23, 288 *iudicio*] *in iudicio*; 30, 372 *oportet*] *opinor*; 39, 533–534 *cum laude et cum dignitate*] *cum laude et honore et dignitate*; 43, 590 *excusatione*] *virtute*; 44, 596 *gurgitis*] *gutturis*; 49, 648 *instituerit* (*-eret* H)] *decreverit*; 50, 668 *viam*] *veniam*; 57, 767 *cui*] *cui iam*; 59, 804 *et*] *et vidi*; 65, 892 *traderet*] *daret*; 66, 904 *solet*] *valet*; 73, 984 *provincia*] *domo*; 74, 994 *praeclari in rem p. benefici memoria*] *praeclara in re p. memoria*; 79, 1060 *casum* (*causam* E)] *casus*; 80, 1072 *non aluisse, verum*] *vos non abiecisse sed.*

quam audaciam altius repetere neque Italo cuidam tribuere cogit me quidem iudice similis farinae conformatio verborum in orationibus Ps. Ciceronis *pridie quam in exilium iret* (f. 86^v in **F**) et Ciceronis *Cum populo gratias egit* (f. 101^v in **F**) nec non *Cum senatui gratias egit* (f. 92^r in **F**) in cod. Bernensi 395 conspicua, quas orationes solas ex sylloga cod. Parisini 7794 amplexus est.[79] itaque facile ad-

78 V. Maslowski–Rouse, The Manuscript Tradition 94–98.

79 Adde quod in codd. Bern. 395 et **F** tres illae orationes eodem quem modo exposui ordine dispositae sunt. v. Maslowski–Rouse, The Manuscript Tradition 94 et Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xviii.

ducar ut haec omnia ad ipsum o totius familiae patrem ascribam, quamquam me omnia fallere posse et omnino nos in lubrico versari haud ignarus sum.

y-m Generis **y-m** scriptura ex codice aliquo Florentiam advecto per triplicem codicum stirpem propagata esse videtur; earum autem stirpium primae, quam **A** (Δ apud Reeve) voco,[80] princeps est cod. Laur. 48.10 (**A**) m. Febr. a. 1416 Florentiae ab Ioanne Arretino scriptus ubi f. 101^v–114^v inest *ORATIO PRO M. CAELIO INCIPIT FELICITER*, secundae solus cod. Palatino-Parmensis 269 (**Q** apud Reeve) ubi aliquot quaternionibus amissis f. 16^r–20^v et 46^r–52^r non nisi particulae Caelianae, quae sunt 1–17, 1–212 *si quis* ... *accommodavistis* (*-atis* cod.); 27–30, 346–372 *renuerit* (*qui rem inierit* cod.) ... *oportet*; 56, 757 *haereret* usque ad finem, servantur, tertiae, quam **J** (Π apud Reeve) nomino,[81] primarius est cod. Laur. 48.11 (**J**) inter aa. 1410–1420 manu Poggi exaratus in quo f. 69^r–81^v *ORATIO PRO. M. CAELIO. INCIP(it) FELICITER* continetur. de his haec adnotanda.

A In codice **A** scribendo Ioanni Arretino veterem Cluniacensem ad manum fuisse eo colligitur quod is liber orationes *pro Murena, pro S. Roscio* finemque Cluentianae

80 Huc etiam pertinent codd. Vat. Palat. lat. 1486 (opera consociata Ioannis Arretini et ignoti cuiusdam exaratus); Casinensis 341P + Neap. Bibl. Nat. IV B 11, ca. 1425–1440 Florentiae. v. Reeve, Before and After Poggio 272–273.

81 Accedunt codd. tabulari Basilicae Vat. H 24, ca. 1420–1425 Florentiae; New Haven 93, ca. 1430–1440 Florentiae; Ambros. C 236 inf., ca. 1435–1450; Bibl. Brit. Burn. 157, s. xv^2 Venetiis; Bibl. Brit. Arundel. 236, ca. 1450 Patavi; Holkhamicus 389, s. xv$^{3/4}$ Patavi. v. Reeve, Before and After Poggio 273.

inde a § 192 *ma]ter hoc sibi* praebet.[82] Caeliana vero ex novo illo **y** generis libro ita descripta est ut propriam et suam quidem, sed neque ex **C** neque ex **H** contaminatam lectionem **y** exhibeat. **A** igitur et transpositione illa §§ 17–36 laborat et in universum adeo sincerum se sui generis testem praestat ut tamen contaminatione ex codice **y-oF** affectus esse videatur. ita fit ut conformationem verborum habeat qua et ab **F** et ab **J** seiungitur et in sua ipsius familia ponitur, cuius pauca singularis lectionis exempla adferre placet haec:

11, 135 *initia aetatis* **PHJ** : *impietatis* **E** : *initia* **GF** : *imperia aetatis* **A**; 14, 171 *enim*] *et hoc* **F** : *enim et hoc* **A** (ex **y-m** + **y-o** ortum); 27, 345 *autem*] **PGHFJ** : *autem hoc* **A** (ex **y-m** + **y-o** ortum); 54, 732 *praetermitteret* **C^{v}E** : *praemitteret* **PG^{1}** : *permitteret* **G^{2}** : *postmitteret* **HJ** : *unum verbum* **F** : *unum verbum praetermitteret* **A** (ex **y-m** + **y-o** ortum); 63, 853 *nisi*] *non*; 67, 909 *praesidio] praesidiis*; 68, 930 *virorum*] om.; 77, 1030 *iam aetas*] *aetas*; 78, 1046 *vidistis*] *videtis.*

Minus certa codicis Palat.-Parmensis 269 est ratio idque ob eam quoque causam quod et codicis **A** admodum similis est et nihil praebet quod ad intellegendos codices postea scriptos utile sit. itaque huius libri rationem non habeo.[83] Q

82 V. Clark, The Vetus Cluniacensis xxxix–xliii; Rizzo, La tradizione 57–60.

83 Nec vero desunt loci ubi Parm. verum contra **A** servat, velut 1, 7 *consceleratisque*] Parm. : *sceleratisque* **A**; 12, 141 *cupiditatibusque*] Parm. : *cupiditatibus* **A**; 60, 817 *clarissimi ac fortissimi*] Parm. : *fortissimi et clarissimi* **A**; 77, 1030 *iam aetas*] Parm. : *aetas* **A**. plerumque tamen corruptiora quam quae in **A** legantur praebet nec non saepius omissionibus hiat, ut 67, 915–917 *profecto ... non numquam*] **A** : om. Parm. cf. Maslowski, Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation 77–78, ubi plura de hoc codice exposui.

J Codex J ita comparatus est ut perpaucis lectionibus ex y generis codice illo adscitis tota Caeliana usque ad 70, 751–752 *commissa vobis*, ubi **H** desinit, imaginem **H** fideliter reddat, inde autem ab his verbis novum illum testem y presse sequatur. vide enim quam raro Poggius in §§ 1–70 novo illo y libro usus sit, si quidem non nisi haec scripturae y vestigia certa illic deprehenduntur, 20, 254 *experiri* **PH** : *expediri* **GEFAJ**; 30, 373 *deprecari vacationem* **PH** : *deprecationem* **G** : *de prevaricatione* **EFAJ**; ib. 376 *tempore* **PGH** : *temporis* **EAJ**; 55, 736 *recita* **P** : *recitate* **GEFAJ** : plura om. **H** (v. app. cr.). neque silentio praetermittendum quod **J** menda illa quibus **h** codicum familia distinguatur non sequitur. habet autem haud parvum errorum propriorum numerum, quos tamen ad separandos eos libros qui ex **J** pendent reservo, de quibus libris infra accuratius agendum erit. est autem quod de origine huius codicis dubitationem quandam moveat. cum enim **J** a Poggio ipso scriptus sit, iure mireris qui factum sit ut vir ille codicis Cluniacensis, cuius nullum vestigium in **J** deprehenditur (ultima Cluentianae pars, quae in f. 235 legitur, manui Ioannis Arretini debetur), in scribendo rationem non haberet. id ita dissolvi posse putat Rizzo ut **J** ante tempus concili Constantiensis confectum esse censeat.[84] mihi vero maiorem admirationem movet quod Poggius ipse usque ad a. 1425 quot aut quae Ciceronis orationes in vetere illo codice continerentur parum cognitum habuisse videtur. vide enim quae scribit d. 14 m. Iun. eius anni ad Nicolaum Nicolum in *ep.* 2, 26 (I 154 Tonelli) Romae data: *scribas mihi quae orationes sunt in eo volumine praeter Cluentianam, Pro Roscio et Murena.*

w Itaque inde ab a. 1416 Italis horum generum Caelianae

84 V. Rizzo, La tradizione 122.

codices praesto erant: primum familiae Parisinae proles **H** et duo genera memoriae **y**, i. **y-m**: **A**, **J** et **y-o**: **F**, tum ipse Cluniacensis **C**. quapropter non mirum si codices postea scriptos ex his tamquam primis elementis confectos videmus. quod re vera inter aa. 1416–1417 factum esse testis est cod. Florentinus Bibl. Nat. II II 65 (**n**) m. Augusto a. 1417 Mediolani per Modestum Decembrem ex exemplari quodam (**w**) Florentiae confecto exscriptus,[85] nec non complures codices qui similem verborum conformationem exhibent, quos in quattuor classes digestos collegit Reeve.[86] quae sunt (a) Florentina vetustior, (b) Mediolanensis, (c) Bononiensis, quibus se adplicat suam rationem secuta (d) Florentina recentior. cuius viri d. copiis usus hos codices ad **w** restituendum adhibui: ex classe (a) cod. Flor. Bibl. Nat. II II 65 (**n**) ubi f. 97^{r}–103^{v} *Incipit p(ro) M. celio feliciter* inest et Laur. 48.25 (**k** [χ apud Clark[87]]) in quo f. 66^{v}–72^{r} *Incipit p(ro) M. Celio* continetur, Florentiae ca. 1420–1430 scriptum,[88] ex (b) cod. Oxon. Bodl. Canon. 226 (**g**) in quo f. 42^{r}–54^{v} *pro M. Celio* in mg. dextra inscripta oratio exstat, s. xv$^{2/4}$ Mediolani confectum,[89] ex (c) **nk** **g**

85 V. Rizzo, La tradizione 60; Reeve, Before and After Poggio 276; Maslowski, Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation 79.

86 V. Reeve, Before and After Poggio 278–281.

87 V. Clark, The Vetus Cluniacensis xlvi–xlvii.

88 Alii classis (a) codices lectiones **C**^{i} continentes sunt: Flor. Ricc. 498, s. xv$^{med.}$; Laur. S. Crucis 14 sin. 9, s. xv$^{med.}$; Taurin. E II 24, a. 1440 Florentiae; Oxon. Coll. Novi 249, ca. 1440 Florentiae; Vat. Palat. lat. 1483, s. xv$^{2/4}$ Florentiae; Vat. lat. 10661, s. xv$^{2/4}$.

89 Alii classis (b) codices lectiones **C**^{i} continentes sunt: Ambros. C 121 inf., s. xv$^{2/4}$ Mediolani; Seitenstettensis 35, s. xv manu Germana; New Haven, Yale Univ. Libr., Marston 6, s. xv$^{2/4}$ Ferrarae?; cod. Paris. Armamentari 1042, a. 1468 Italia sept.; Vat. Palat. lat. 1490, s. xv Patavi(?).

c cod. Paris. nouv. acq. lat. 3032 (**c**) ubi f. 133r– 145r *M. T. C. PRO MARCO CAELIO ORATIO* exarata compa-
a ret, s. xv¹,[90] ex (d) cod. Ambros. C 236 inf. (**a**) ubi f. 125v–140r *M. T. C. OR(ati)O PRO M. CAELIO INCIPIT FELICITER* legitur, ca. 1435–1450 Florentiae exaratum.[91]

nkgc Codices classium (a), (b), (c) cum inter se admodum similes sunt, tum ita sunt comparati ut non solum sua menda scripturae verum quandam Caelianae recensionem ex **w** ductam exhibeant eamque ita comparatam ut fundamenti loco habeant scripturam generis **F**, cuius menda quae supra adtuli continent omnia, qui tamen praeterea haud parvum numerum lectionum partim ex generis **J** codice aliquo partim ex **C** tum primum collato desumptarum sat liberaliter receperunt neque iam pravo illo verborum ordine §§ 17–36 laborant. pretium igitur huic recensioni **w** eo constituitur quod primam illam cod. Cluniacensis collationem **C**ⁱ continet. accedit quod in **w** lectiones **C** passim per totam orationem sine constantia legeve ulla scripturae **F** impressa comparent, non item lectiones generis **J**. nam **F** et **J** in **w** ita inter se commissi videntur ut primum contextus **F** satis multa menda (et vera) ex **J** translata exhibeat, deinde post § 54 perpaucis exceptis paene purum generis sui se testem praebeat. quae codicis **w** (= **nkgc**) ratio ut exemplis inlustretur, adfero fere omnes locos ubi certa generis **J**(vel **HJ**) vestigia deprehendantur.

90 Hic solus classem (c) explere videtur.

91 Alii classis (d) codices lectiones **C**ⁱ continentes sunt: Laur. Gadd. 90 sup. 69,2 (ψ), s. xv$^{med.}$ Florentiae, ex quo derivati sunt Laur. 48.8 et Vat. lat. 1745; Laur. Fesul. 187; Flor. Ricc. 497; Bonon. Bibl. Univ. 2227; Neap. Bibl. Nat. IV B 6; Oxon. Coll. Lincoln. 39; Vat. Urb. lat. 320; Laur. 48.7; Ambros. C 175 inf.; Oxon. Bodl. Digb. 231; Paris. lat. 7782; Laur. 48.24.

hi sunt, 8, 90 *existument* **PGEFA** : *existimes* **HJw**; 16, 194 *istis* **PH** : *istius* **Jw** : plura om. **GEFA**; 17, 206 *conficit* **PGEHF** : *confecit* **Jw**; 22, 274 *periculosas* **PGE** : *periculosissimas* **HJw** : *religiosas* **F** : om. **A**; 23, 287 *rex* **PGEFA** : *reus* **HJw**; 29, 363 *expromere* **PGEHFA** : *exprimere* **Jw**; 37, 489 *nunc meum* **PGE HFA** : *nunc enim meum* **Jw**; 45, 608 *ratio* **PGEHFA** : *oratio* **Jw**; 51, 681 *domini* **C**^{v}**C**^{b}**GEFA** : *domi* **PHJw**; 54, 732 *praetermitteret*] *postmitteret* **HJw**; 59, 804 *mihi* **C**^{v}**C**^{b} : *ibi* **PGEF** : *urbi* **HJw** : *illi* **A**; 60, 810 *consularis* **PGEHFA** : *consulari* **Jw**.

Alia codicis Ambros. C 236 inf., **a**, est ratio, qui pater est librorum classis (**d**). nam prima huius libri manus **a**^{1} ita Caelianam composuit ut haud spreta inversione illa §§ 17–36 priorem eius partem §§ 1–54 ex fonte **F** desumpserit, posteriorem vero inde a 54, 732 *praetermitteret* (*postmitteret* **HJa**^{1}) usque ad finem ex genere **J** descripserit. prima autem manus correctrix **a**^{2} – omnino duae **a**^{2} et **a**^{3} facile distinguuntur, ex quibus **a**^{3} non curo[92] – exemplari quodam **w** usa ita scripturam **a**^{1} emendavit ut in §§ 1–54 perpaucis exceptis lectionem **a**^{2} lectioni **w** adaequaverit, i. hic **a**^{2} = **w** (quod exemplis inlustrare non est opus), in posteriore autem orationis parte, ubi **w** paucis illis locis ex **J** emendatus paene puram scripturam **F** ex **C** correctam exhibet, plerumque lectione **J** intacta relicta non nisi hic illic lectiones **F** ex **w** transtulerit. dum hoc facit, ne omnes quidem generis **J** errores in hac orationis parte sustulit, ut haec ibi legantur, 64, 873 *tradidisset* (*-issent* **E**) **PGEFAw** : *retraxisset* **H** : *extraxisset* **Ja**; ib. 879 *fuerant*^{2} **PEHFAw** : *fuerunt* **Ja** : om. **G**; 67, 915 *in istum*

a
a^1
a^2

92 **a**^{3} ita in emendando **a**^{2} textu versatus est ut quas lectiones **a**^{2} intulit, eas rursus ad scripturam **a**^{1} revocaverit, velut 6, 73 *forma et species fuit* **PGEHFAJca**^{1}**a**^{3} : *fuit forma et species* **C**^{v}**C**^{i} (= **nkga**^{2}); 63, 860 *tum* **PGEFAnkgca**^{2} : om. **HJa**^{1} : del. **a**^{3}; 69, 949 *apte* **PGEHFAnkgca**^{2} : om. **Ja**^{1} : del. **a**^{3}.

PH : *istum in* **GEFAw** : *in hunc* **Ja**; 78, 1043 *oro optestorque* **PGEFAw** : *obtestor oroque* **Ja**. ita factum ut codices ex correcto **a** deducti eo fere a libris classium (a), (b), (c) differant quod in hac posteriore orationis parte maiorem numerum **HJ** vel **J** lectionum continent.[93]

His ita constitutis haud supervacaneum mihi videtur paucis in originem ipsius **w** inquirere. qui me quidem iudice ea ratione confectus esse videtur ut in exemplari illo unde ipse descriptus sit generis **F** textui fere alteras illas **J** et **C** lectiones in margine scriptas fuisse putaverim. quod si quis disputaverit exemplar illud generis **F** bis comparatum fuisse, primo cum generis **J** codice aliquo, tum cum ipso **C**, aut idem versa vice factum, is aegre redargui poterit. accedit aliud. exemplum **w** qui confecit non solum lectiones illas ex diversis fontibus haustas apte concinnavit sed etiam sicubi quid ei dubium videbatur aut minus placebat divinatione sua usus ad arbitrium mutavit. scatet igitur **w** apertissimis coniecturis quae post artem typographicam inventam, cum codicibus novellis undecumque adscitis editoribus lectiones probabiliores exspiscandi mos esset, quanta rei criticae in oratione Caeliana exercendae impedimenta obiecerint quivis cognoscet qui editiones inde a principe illa Romana a. 1471 usque ad Parisinam a. ^{2}1969 a J. Cousin curatam perlustrarit. sic 57, 776 quod Cousin auctoritate cod. Laur. Gadd. 90 sup. 69, 2 (ψ), qui ipse unus ex classis (d) est, nisus in textum recepit *lustra*, id non ex **C** derivatum sed docti illius qui **w** conflavit inventum esse ostendit haec h. l. scripturae diversitas, *inusitatae* $C^{v}C^{ii}$ (= **d**) : *inlustria* (*il-* **GE**) **PGEH FAJa**^{1} : *lustra* **w**. scilicet fieri non potest ut **w** lectionem

93 V. Maslowski, Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation 81–83.

illam ex **C** sumpserit, cum is qui postea codicem **C** iterum contulit, C^{ii}, in verbo illo *inusitatae* cum C^{v} conveniat. sescenta sunt alia exempla. qua de re ne dubium sit, adfero aliquot lectiones **w** coniectura inventas quae usque ad ed. Turicensem 1826 plerisque editoribus facile imposuerint (**w** = **nkgca**^{2} vel **nkgca**; desultores nominatim adferuntur):

3, 39 *aeque* (*ae-* in ras. **P**) **PGEHFAJc** : om. **w**; 11, 129 *tunicati* **PG(E)HFAJ** : *tunica* **w**; 13, 159 *regere* **PGEHFAJa**^{1} : *tegere* **w**; 15, 183 *et strictim* **PGEHFAa**^{1} : *constrictum* **J** : *atque strictim* **w**; ib. 191 *fuisset* **PGEHFAJa**^{1} : *extitisset* **w**; 18, 220 *Palatio* **PGEHFAJa**^{1} : *Palatino* **w**; 30, 380 *conferuntur* **PGEHFAJa**^{1} : *inferuntur* **w**; 36, 469 *fratrem* **PGEHFAJa**^{1} : *fratrem tuum* **w**; ib. 476 *adulescentulum* **PGEHFAJa**^{1} : *adulescentem* **w**; 37, 500 *dide ac dissice*] *dii deeque addisce* **a**^{1} : *dede te ac disce* **w**; 46, 622 *est paene familiarium*] *etiam pene familiarium* **a**^{1} : *etiam paene omnium* (*omnium paene* **gc**) *familiarium* **w**; 48, 640 *saeculi* **PGEHAJ** : *aevi* **w** : om. **Fa**^{1}; 50, 671 *dabit* **PGEHFAJa**^{1} : *dedit* **w**; 53, 713 *reperietur* **PEHG**^{2}**FAJ** : *-atur* **G**^{1} : *reperiretur*? **a**^{1} : *reperietis* **w**; 56, 760 *nisi* **PGEHAJa**^{1} : *non* **F** : *ni* **w**; 57, 767 *tam* **PGEHAJa**^{1} : *iam* **F** : *ita* **w**; 68, 927 *sententia*] post *cognatorum* **PGEHFAJa**^{1} : post 928 *hominum* **w**; 71, 969–970 *lege de vi* **PGEFA** : *longe de vi* **w** : *de vi lege* **Ja**; 77, 1036 *obligavit* **PGEFAJa** : *obligarit* **w**.

Praecipua vero libri **w** laus est quod lectiones illas a Nicolao Nicolo de **C** delibatas servat. in his in adn. cr. adferendis id curavi ut, sicubi **w** non est **nkgca**^{2} vel **nkgca**, testibus desultoribus plerumque silentio praetermissis semper non nisi singuli libri lectioni **C** suffragantes nominatim exhiberentur, sicubi vero dubium erat utrum lectio aliqua veteri **C** an coniecturae deberetur, siglo **C*** adhibito planum id fieret. C^{i}

plerumque igitur talem in app. cr. imaginem invenies, velut 6, 73 *forma et species fuit* **PGEH** : *fuit forma et species* $C^{v}C^{i}$(= **w**); 35, 453 *ut vel* $C^{v}C^{i}$(= **w**) : *vel* **PEHFAJ** : om. **G**; 64, 866 *velut* **PGEHFAJ** : *ut* $C^{v}C^{i}$(= **w**); 67, 920 *alia*^{2} $C^{b}C^{i}$(= **w**) : *ac* **T** : *et**

PGHFAJ; 71, 970 *eo maleficio tamen* $A^sC^vC^i$(= **w**) : *et maleficio* **PGEFAJ**, interdum eius modi, velut 6, 66 *dimanavit* **PGEH** : *demanavit* $C^vC^bC^i$(= **ng**); 51, 672 *e vadis* $C^vC^bC^i$(= ca^2) : *evades* P^1 : *evandens* P^2**GEH**; 78, 1051 *urbis* **PGEFAJ** : *orbis* $C^vC^bC^i$ (= nka^2), denique tali specie, velut 3, 37 *respondet* **PGEH** : *respondit* C^vC^*(= **a**); 21, 267 *varietas* **P**C^*(= **w**) : *varietates* **GEH**; 69, 942 *a caelio quidem* C^v : *quidem a c(a)elio* C^*(= **w**) i. fort. e coniectura : *a caelio* **PGEHFAJ**.

Itaque propter has tres res, primum quod in crisi orationis exercenda apud omnes fere editores plurimum potuit, tum quod ad orationis historiam cognoscendam haud parvi momenti est, denique quod varietatem lectionis primae veteris Cluniacensis collationis C^i continet, exempli illius **w** inter aa. 1416–1417 Florentiae ad instar editionis facti ratio necessario habenda.

Ut vero summatim omnia quae ad C^i pertinent ante oculos ponam, tale fere stemma codicum mihi constituendum videtur (v. p. LXIX).

C^{ii} 3. Posterior codicis Cluniacensis collatio C^{ii} ca. a. 1428 facta.

A Hanc ad codicem aliquem generis **A** (cod. Laur. 48.10) confectam videri contendit Reeve, qui etiam codices unde restitui potest collegit omnes.[94] neque una atque eadem ratione lectiones **C** in omnibus adferuntur. sunt enim qui iam in ordinem verborum receptas exhibeant, sunt qui a secunda manu in margine vel inter versus una cum cuiusvis generis supra memorati lectionum farragine positas praebeant. id igitur maximam difficultatem in varietate C^{ii} restituenda praebet quod ipsius exemplaris quo illa collatio continebatur intermortua prope memoria in superstitibus exstare videtur. hi autem sunt:

94 Reeve, Before and After Poggio 277–278.

D Casinensis 341P, f. 137^{v}–158^{r} *ORATIO: PRO: M: CAELIO: INCIPIT: FELICITER* legitur, + Neap. Bibl. Nat. IV B 11; ca. 1425–1440 Florentiae; distinguuntur $\mathbf{D}^{1}$ et $\mathbf{D}^{2}$ manus; $\mathbf{C}^{ii}$ inest in $\mathbf{D}^{2}$.

d Senensis Bibl. Com. H XI 64, f. 72^{r}–85^{v} *Pro M. Celio* legitur; s. $xv^{3/4}$ Florentiae; distinguuntur $\mathbf{d}^{1}$ et $\mathbf{d}^{2}$ manus; aliquot lectiones $\mathbf{C}^{ii}$ a $\mathbf{d}^{2}$ adferuntur, maximam partem in textum receptae solum §§ 52–57 continentur.

N Flor. Riccardianus 562, f. 11^{r}–33^{v} Caeliana inscr. et subscr. caret; s. $xv^{3/4}$ Florentiae; distinguuntur $\mathbf{N}^{1}$ et $\mathbf{N}^{2}$ manus; lectiones $\mathbf{C}^{ii}$ in textum receptae maximam partem non nisi §§ 59–62 continentur; paucae ab $\mathbf{N}^{2}$ adferuntur.

ψ Laur. Gadd. 90 sup. 69,2, f. 108^{v}–122^{v} *PRO·M·CE-*

LIO· INCIPIT legitur; s. xv$^{med.}$ Florentiae; distinguuntur ψ^1 et ψ^2 manus; **C**^{ii} inest inter ψ^2 lectiones manu Poggi invectas.[95]

O Taurinensis E II 24, f. 63^r–80^r *ORATIO· PRO· M· CELIO· INCIPIT·* legitur; a. 1440 Florentiae; distinguuntur **O**^{1} et **O**^{2} manus; **C**^{ii} inest in **O**^{2}.

r Vindobonensis lat. 11, f. 278^v–289^v *Oratio pro .M. Celio* legitur; s. xv$^{3/4}$ Florentiae manu Petri Strozae; distinguuntur **r**^{1} et **r**^{2} manus; **C**^{ii} plerumque in textu inest.

Q Brerensis AG IX 33, f. 117^r–127^v et 128^r–129^r *Pro M· Celio* legitur; a. 1441 in Italia sept.(?); distinguuntur **Q**^{1} et **Q**^{2} manus; **C**^{ii} inest et in **Q**^{1} et in **Q**^{2}.

b Flor. Bibl. Nat. Conv. soppr. I IV 4 [S. Marci 255], f. 192^r–202^v + 203^{r-v} *PRO· M· CELIO or(ati)o incipit* legitur; aa. 1450–1460 Florentiae(?); distinguuntur **b**^{1} et **b**^{2} manus; **C**^{ii} inest et in **b**^{1} et **b**^{2} (**b**^{2} est manus Georgi A. Vespuci, qui etiam ultimas §§ post 70, 951–952 *commissa vobis* in f. 203 supplevit).

Z Laur. 48.9, f. 165^r–175^v *PRO M· CELIO* legitur; ca. 1465–1475 Florentiae ab eodem librario exaratus qui Monacensem lat. 15734 (**S**) scripsit (v. infra); **C**^{ii} inest in contextu verborum.

I Vallisoletanus 432, Caeliana inest f. 257^r–267^r; foliis 251–256 amissis oratio incipit a § 13, 162 *audacter*; s. xv$^{3/4}$ Florentiae manu Nicolai Ricci Spinosi; **C**^{ii} inest in textu.

S Monacensis lat. 15734 (olim Salisburgensis), f. 126^v–138^v *PRO M. CELIO ORATIO INCIPIT* legitur; aa.1465–1470 Florentiae a Bastiano Foresi scriptus;[96] distinguuntur **S**^{1} et **S**^{2} manus (**S**^{2} est manus Georgi A. Vespuci); **C**^{ii} inest in textu.

95 V. Clark, The Vetus Cluniacensis lxi–lxiii.

96 V. A. de la Mare, New Research on Humanistic Scribes in Florence, apud A. Garzelli, Miniatura fiorentina del Rinascimento 1440–1525. Un primo censimento, I 448, 553 (nr. 106), 594, 599.

Cum hos codices excussissem, statim apparuit ad ipsam Cluniacensis iterum inspecti memoriam **C**^{ii} resuscitandam bene amplam materiem suppeditare testes **D**^{2}, **d**^{1}, **N**^{1}, ceteros vero si neglegeres, futurum fuisse ut ipsa copia lectionum **C** vix quicquam inde deminutionis caperet. nam perquam pauci loci **Q**^{1} et **ZI** debentur, nullus, nisi fallor, reliquis. quapropter in adnotatione critica praeter **D**, **d**, **N** rationem habui codicum **Q** et **ZI**, ceteros omnes **ψ**, **O**, **b**, **r**, **S** omnino abieci. atque horum codicum rationes intricatiores sunt quam quae hic accuratius perquiri possint. sed si exemplis adferendis plerumque supersedere nobis licet atque paucis exceptis omnia ad genera codicum supra discreta referre, haec in universum haud indigna mihi videntur quae de iis adnotentur.

Ac primum ratio collationis **C**^{ii} non eadem esse videtur ac **C**^{i}. nam quod examinatis §§ 70–80 affirmat Michaelus Reeve fuisse librum aliquem generis **A** (Laur. 48.10) varietate lectionum **C** adauctum, ex quo unico fonte memoria **C** in his codicibus plus minusve plene servata originem ducat, eius rei in reliqua oratione indicia certa deprendere frustra quaesivi. in his vero §§ codices supra adlati ita ultra adhuc notam propagatamque orationis lectionem Italicam (**Hh** in 70, 951–952 *commissa vobis* desinunt) **F**, **A**, **J**, **w**, **a**^{2} (hunc nominatim hic memoro, utpote qui interdum a **w** aberret) ascendere videntur ut primum in erroribus cum genere **A** conspirent, velut

80, 1072 *non aluisse verum* A. Klotz : *non aluisse eum verum* **C**^{v}**C**^{b} : *non aluisse vos sed* (*non aluis seruos sed* **E**) **P**^{2}**EG**^{2}**Ja**^{1} : *non aluisse sed* **G**^{1}**ADZNdIS** : *vos non abiecisse sed* **Fwa**^{2}**O Qψ**^{1} : *vos non aluisse sed* **ψ**^{2}**b**^{2}**r** (i. ex **w** + **A** conflatum); 77, 1029 *deferverint* **G** : *deseruerint* **C**^{v} : *deseruerit* **EADdNψ**^{2}**b**^{2}**rZIS** : *deserit* **Fψ**^{1}**OQ**^{2} : *defuerit* **Ja**^{1} : *deserint* **a**^{2};

deinde novis prorsus corruptelis laborent, velut

72, 978 *is* (vel *his*) *autem fuit* **A**^{p}**C**^{v}**PwO**ψ^{1}**Q**^{1} : *is hoc fuit* **E** : *usus* (*us-* ex *is-* corr. videtur **G**^{2}, sed *-us* **G**^{1} debetur) *autem fuit* **Ga**^{2} : *is hec fuit* **FA** : *is huius fuit* **Ja**^{1} : *iis autem usus fuit* **Q**^{2} : *is* (*iis* **br**) *usus* (in ras. **D**) *fuit* **D**^{2}**dN**ψ^{2}**brZIS**; 73, 984 *omnis offici* **PGEFAJwD**^{2}**O**$^{1}\psi$**Qbr** : *omnis officio* **D**^{1} : *omni officii* **O**^{2} : *omni officio* **dNZIS**; 73, 988 *ipsius* **PGEFAJwDOQ**ψ^{1} : *ex ipsius* **dN**ψ^{2}**brZIS**; 77, 1027 *minimorum* **PGEFAJwQ**ψ^{1} : *inimicorum* **O** : *minorum* **DdN**ψ^{2}**brZIS**;

denique novas lectiones **C** praebeant quae in **C**^{i} non inveniantur, velut

72, 979 *vellet is* (*iis* **Z**) **C**^{ii} (= **DdNZIS**) : *vellet his* **C**^{v} **C**^{ii}(=ψ^{2}**rb**^{2}) : *velit is* (*iis* **A**^{s}) **A**^{s}**PF** : *velit his* **w** : *velitis* **GEAJ**; 77, 1027 *pertinacia* **C**^{v}**C**^{ii}(=**D**^{2}**dN**ψ^{2}**rQ**^{2}**bZIS**) : om. **PGEF AJw**.

quod vero duo sunt loci quibus collatione **C**^{ii} repetuntur lectiones **C** iam a collatore **C**^{i} excerptae, id eo explicari potest quod liber ille manu scriptus quo collator **C**^{ii} usus sit aliquot locis ex **C**^{i} iam amplificatus fuerit. ita fit ut in uno ex his haec legantur, 76, 1024 *ecflorescit* edd. : *et florescit* **C**^{v} : *efflorescit* (vel *eflo-*) **C**^{b}**C**^{i}(=**w**)**C**^{ii} (=**D**^{2}**dN**ψ**r Q**^{2}**b**^{2}**ZIS**) : **florescit* **P** : *florescit* **GE**.

Quamvis autem illius communis fontis id genus vestigia quae in exitu orationis exstant alibi ut dixi non cernantur, eo tamen hi codices a reliquis omnibus segregantur et in sua familia ponuntur quod lectiones **C** exhibent quae ultra memoriam **C**^{i} ascendant. praeterea haec de singulis observanda.

D

D ita est comparatus ut **D**^{1} nihil fere exhibeat quod non in **A** legatur,[97] **D**^{2} autem praeter magnam copiam lec-

97 Quamquam sunt loci quibus **D** verum contra **A** servat, velut 34, 430 *consules*] **D** : *consulem* **A**; 45, 608 *cura*] **D** : *curis* **A**; 53, 693 *hoc*] **D** : *haec* **A**; 55, 746 *autem*] **D** : *haec* **A**; 63, 861 *autem*] **D** : *huius* **A**, ut **D** ex **A** descriptus esse non videatur.

tionum **C** quas passim per totam orationem dispersas praebet cognationem quandam cum **w** profiteri videatur.[98] omnino **D^2** solus est qui verae collationis speciem praebeat.

d

Ratio codicis **d** est plane singularis. certe **d^1** recensionem nescio quam orationis praebet quae ex diversis codicum generibus congesta est. nam huius codicis paragraphi 1–51 originem **w** commaculatam aliquot novis mendis quibus codices **Q^1Z(I)** insignes sunt profitentur,[99] §§ 52–57 paene puram scripturam **C** exhibent, §§ 58–80 persimiles contextui **S** sunt (v. infra). nihil certi de librario **d^2** dici potest nisi quod is cum alibi tum in primis § 24 scripturam **d^1** paucis lectionibus **C** ditavit. ac vide ne alicuius momenti sit quod 25, 319, ubi omnes codd. *fuit* praebent, **d^2** cum **D^2** in corrupto *fuerit* conspirat.

N

Neque alia ratione confectus est **N** cuius prima manus **N^1** §§ 1–58 ex codice generis **J** derivatas praebet, §§ 59–62 ex **C** vel potius ex **C^{ii}** desumptas, §§ 63–80 ex id genus codice deductas cuius scripturam libri **ZI** presse

98 Huc facere videtur quod 57, 776 *inusitat(a)e* **C^vC^{ii}(=d)** : *inlustria* (*il-* **GE**) **PGEHFAJD^1** : *lustra* **wD^2** legitur. praeterea eodem fortasse referendum quod duobus fere locis **D^2** in erroribus cum **HhJ** consentit, qui in **w** quoque invecti sunt, 22, 274 *periculosas* **PGE** : *periculosissimas* **HhJwD^2** : *religiosas* **F** : om. **AD^1**; 23, 287 *rex* **PGEFAD^1** : *reus* **HhJwD^2**.

99 In hac orationis parte **d^1** omnes errores **w** habet praeter 13, 159 *regere*] *tegere* **w** : *urgere* **dN**; 30, 380 *conferuntur*] **d** : *inferuntur* **w**. ad **Q^1Z(I)** spectat 4, 47 *ista quidem nostra* **C^v** : *quidem ista nostra* **PGEH** : *quidem ista vestra* **ZSd** : *quidem vestra* **Q**. cum vero **Q^1ZI**, etiam **b^1**, generis **h** sint (v. infra), non mirum quod hic illic corruptelae **H** in textum **d^1** penetrarunt. cf. e. g. 26, 328 *dixit*] *dicit* **HhQbZId** : *dicunt* **J**; 38, 510 *est*] *est responderet* **HhJQbZId**.

sequuntur (v. infra). **N**^{2} nihil ad **C**^{ii} cognoscendum confert quod non ex aliis libris cognoscatur. tamen operae pretium est adnotare uno loco **N**^{2} in corrupta lectione cum **D**^{2} consentire, 44, 592 *quoniam* **ΠC**^{v}**C***(= **a**^{2}) : *quondam* **PGEHFAJw** : *qu(a)edam* **D**^{2}**N**^{2}**Oψ**^{2}**b**^{2}**r**^{1} : *quendam* **D**^{1} : *quoddam* **ZI**. multo autem maioris est momenti quod, si **d**^{1} et **N**^{1} inter se coniungas, una § 58 intermissa paragraphis 52–62 continuam fere eamque sinceram lectionem **C** inde petitam habeas.

QbZI Codices **Q**^{1}**b**^{1}**ZI** ut generis **h** (non ipsius **H**; v. supra) sunt, ita propius ad Palat. Barb. **π** quam ad alios huius familiae libros accedunt. nam 53, 693 ubi pro tradita lectione *celatam* ceteri omnes *facinori tantum celatam* exhibent, **Q**^{1}**b**^{1}**ZI** cum **π** *facinori tanto celatam* praebent. item omnes cum **h** in 70, 951–952 *commissa vobis* desinunt. tamen in **Q** perorationem supplevit homo quidam quem diversum et a **Q**^{1} et a **Q**^{2} fuisse ex genere scribendi cognoscitur, in **b** ipse Vespucci **b**^{2} uno folio conscripto quod 203 numeratur, in **Z** codicis librarius adiecta ad marginem nota 'Deficit' ad *commissa vobis* spectante, in **I** item ipse librarius defectu scripturae non indicato.

Q^{1} **Q**^{1} eo conspicuus est quod, quamvis sinceram fere scripturam **h** reddat, tamen adeo sordibus ineptiarum foedatus est ut crescentis corruptionis specimen potius quam propagandae stirpis **h** et ipsae iam depravatae exemplum praebeat.[100] quod ad **C**^{ii} attinet, non presserim quod 64, 869 **Q**^{1} in *tot isti*, ubi ceteri *isti tot* habent, cum **A** consentit. sed 68, 929 quod soli **A** et **Q**^{1} *inveniamus* pro cetero-

100 Adfero paucos errores **Q**^{1} proprios, 21, 268 *multos*] *multos homines*; 23, 283 *seditionibus Neapolitanis*] *seditione Urbis Neapolitane*; 40, 545 *Graeciae*] *guerre* **Q**^{1}; 44, 595 *lustrorum*] *lasciviorum*; 61, 825 *requiro*] *te requiro*; 67, 908 *fortis*] *fortissimos*.

rum *invenimus* (vel *inveniemus* **ZIN**) exhibent, nescio an indicium cognationis cum **A**, quamvis longinquae, teneamus. finis autem orationis a diverso illo librario suppletus (v. supra) generis **w** classis (a) est, ut nihil in eo commorari attineat. corrector **Q**^{2} totam orationem post supplementum factum ex codice aliquo emendavit quem, si extremas solum §§ 70–80 spectes, generis **A** esse supra adnotavimus, in reliqua oratione cum plerumque cum **w** consentire videtur, tum uno loco ad **A** propius accedit. nam 38, 516 ubi in omnibus codd. legitur *decretum*, **Q**^{2} genus **A** secutus *discretum* ad marginem adscripsit. quapropter multiplicem traditionis memoriam ab **Q**^{2} servari patet.

Q^2

b^{1}ZI

Codices **b**^{1}**ZI** ita inter se conspirant ut ex eodem fonte ductos esse pateat,[101] ita inter se dissentiunt ut alius ex alio descriptus esse nequeat.[102] verum **Z** et **I** artissima cognatione coniuncti sunt, ut fratres prorsus gemelli ex eo-

101 Cf. e. g. hos errores codicibus **b**^{1}**ZI** communes, 8, 91 *libertate*] **b**^{2} : *levitate*; 19, 239 *potius*^{1}] *potius nunc sit*; 31, 390 *criminum*] *criminum iudices*; 32, 410 *volui dicere*] *dicere volui qui non fecit pluris bonam deam quam tris sorores*; 49, 649–650 *faciat ... gerat*] *faceret ... gereret*; 59, 792 *in diem*] *in dies*; 63, 856 *eorum*] *illorum*; 65, 889 *quod*] *qui* (haud inepte); 66, 903 *quibus*] **b**^{2} : *a quibus*; 67, 919 *conspectus*] **b**^{2} : *aspectus*; 69, 948 *istam*] *istam causam*.

102 In universum **b**^{1} eo ab **ZI** differt quod lectionibus aliunde in **ZI** inlatis aut corruptis caret. vide enim primum haec, 16, 199 *si sibi*] **b** : *sibi* **ZI**; 18, 213 *quidem*] **b** : om. **ZI**, deinde ea 1, 9 *magistratibus*] **b**^{1} : *magistratibusque* **FwZb**^{2}; 30, 389 *ab irato accusatore*] **b**^{1} : *arbitratu accusatoris* **FwZIb**^{2}; 36, 469 *fratrem*] **b**^{1} : *fratrem tuum* **wZIb**^{2}; 70, 951 *quanta*] **b** : *quantaque* **ZI**.

dem patre procreati videantur.[103] lectionem **h** admodum corruptam praebent, ita tamen ut **ZI** haud pauca ex codice aliquo generis **w** in textum recepta contineant quibus **b**^{1} immunem se praestat.[104] accedit quod unus tantum locus exstat quo **b**^{1}**ZI** nexu nescio quo cum genere **A** coniuncti esse videantur. vide enim 35, 453 ubi pro alibi traditum *disceptatoribus*, in **b**^{1}**ZI** *disceptationibus* legitur.

b^1 quod ad **C** attinet, **b**^{1} nullius prorsus preti est, utpote qui nihil **C** varietatis exhibeat quod non testibus **ZI** debeatur. nam solum his locis scriptura **C** in **b**^{1} comparet, 18, 225 *quidem mihi* **PGEH** : *mihi quidem* **C**^{v}**C**^{ii}(=**dbZI**); 45, 609 *atqui* **ΠC**^{v}**C**^{ii}(=**bZI**) : *atque* **PGEHhFAJw**; 60, 817 *etenim* **C**^{v}**C**^{ii}(=**D**^{2}**NQb**^{1}**ZI**) : *sed enim* **PGEH**; 63, 864 *hominum* **C****(=**Nb**^{1}**ZI**) : **omnium* **H** : *omnium* **PG EFAJ**. itaque testis **b**^{1} in adnotatione critica rationem

b^2 non habui. idem valet de **b**^{2}, quem cum ex emendato **ψ** descriptum esse iam pridem demonstrarit Reeve,[105] ita ut **b**^{2} = **ψ** + **ψ**^{2}, hunc eodem iure abieci, etiam in ultimis

ZI §§ 70–80. aliter vero se in hac orationis parte testes **ZI** gerere, quippe qui genuinam, ut ita dicam, scripturam codicis illius collationem **C**^{ii} exhibentis praebere videantur, ex supra adlata varietate errorum ad hanc partem spectante manifesto apparet. quem mendorum consensum si pro-

103 Quamvis **ZI** ut supra dixi inter se simillimi sint, tamen neutrum ex altero esse descriptum ostenditur locis quibus alteruter verum servavit. itaque **Z** contra **I** his locis facit, velut 24, 382 *qui cum*] **Z** : *cum* **I**; 36, 474 *quid tumultuaris soror*] **Z** : om. **I**; 51, 681 *plenum sceleris consilium*] **Z** : om. **I**. altera ex parte **I** contra **Z** his, velut 37, 487 *aliquem*] **I** : *an aliquem* **Z**; 42, 572 *vi terreat*] **I** : *interimat* **Z**; 53, 697 *dedit*] **I** : *dixit* **Z**; 63, 866 *defendat*] **I** : *defendit* **Z**; 64, 866 *fabella*] **I** : *fabula* **Z**.

104 Cf. supra adn. 102.

105 Reeve, Before and After Poggio 278.

pius examinaris, statim apparebit solos codices **dNZIS** eandem fere scripturam his §§ exhibere. quod quo modo factum sit si quis quaerit, nescio an testimonio codicum **ZI** edoceamur. scilicet si qualibet de causa postrema orationis pars desiderabatur, id quod in codicibus generis **H** vel **h**, qui in verbis 70, 951–952 *commissa vobis* deficiunt, evenit, praesto videtur fuisse si non semper integrum aliquod exemplar illius codicis cum **C** collati, at certe postrema eius pars quae cuilibet antecedentis scripturae generi adiungebatur. ita fit ut in **S**, qui textum **J** (i. generis **H**) aliquot locis ex $\mathbf{C}^{ii}$ emendatum exhibet, postremas §§ indidem ad verbum expressas invenias. idem evenit in **d** qui inde a § 58 usque ad finem generis **S** est, idemque in **N** qui a § 63 ad ultima orationis verba **ZI** contextum exhibet. quae cum ita sese habeant, parum auxili ad **C** in reliqua oratione recte aestimandum in solis §§ 70–80 positum apparet. semper examinanda est tota oratio si quid forte ad hos codices aliis libris intercedentibus ex $\mathbf{C}^{ii}$ translatum sit.

$\psi^1 O^1 r^1$

Restat ut pauca de codicibus **ψOr** adnotemus. ac primum ψ^1 generis **w** classis (d), $\mathbf{O}^1$ eiusdem generis classis (a) esse supra in adnn. 91 et 88 indicavimus. $\mathbf{r}^1$ vero contextus ψ^1 similis est nisi quod vel ex ipso ψ^2 vel ex communi utriusque fonte contaminatus.[106] quo fit ut etiam pleraeque **C** lectiones quae ψ^2 debentur in **r** in contextum verborum receptae compareant. varietas **C** ad $\mathbf{C}^{ii}$ referenda adfertur a manibus correctricibus $\psi^2\mathbf{O}^2$. idem sane factum ab $\mathbf{r}^2$, sed solum iis locis quibus $\mathbf{r}^1$ lectiones **C** manui ψ^2 debitae transferri non curavit. accedit alterum. in

$\psi^2 O^2 r^2$

106 Itaque ψ^2**r** soli in his falsis lectionibus consentiunt, velut 14, 171 *est enim*] *est etenim*; 46, 618 *tanta laude tanta gratia*] *tanta gratia tanta laude.*

varietate **C** adferenda codici **S** miro modo cum ψ^2, O^2, $r^1 + r^2$ convenit, ita ut nulla lectio **C** in **S** appareat quae non in illis inveniatur. ergo hos testes ex uno aliquo libro his lectionibus instructo manasse certissime evincitur. de quo ne cum summa molestia, usu autem nullo plura adferam, id me prohibet quod is nullam, quae vim aliquam ad collationem C^{ii} restituendam habere videatur, praebet lectionem quae non eadem a supra prolatis testibus servata

$\psi^2O^2r^{1+2}S$

sit. nam ea quae soli $\psi^2O^2r^{1+2}S$ praebere videntur, ad unum omnia in **D** comparent ita,

13, 158 *esset et* $C^vC^{ii}(=D^2\psi^2O^2rS)$: *esset*** **P** : *esset* **GEH**; 16, 202 *eius modi cupiditatis* C^v : *eius modi cupidus* **PEHFJwad** $N\psi^1O^1$: *eius modi cupidinis* **G** : *huius modi cupidus* **A** : *eius* (*huius* **D**) *modi cupiditas* $C^{**}(=D\psi^2O^2rS)$: *eius omnino cupidus* **hZI** : *eius tam cupidus* **Q**; 18, 215 *publica causa* $C^vC^{ii}(=D^2\psi^2rS)$: *rei p. causa* (ex *-am* P^2) P^2**GEHFAJwO**; 68, 933 *sublata* $TC^vC^{ii}(=D^2\psi^2O^2r^2S)$: *sublevata* **PGEH**.

reliqua vero omnia pluribus libris item supra dictis accepta debentur ita,

24, 301–302 *coponii qui ex omnibus maxime dionis mortem doluerunt* $C^vC^{ii}(=D^2d^2N^2ZI\psi^2O^2rS)$: *omni* P^2G^1EH : *omnis* G^2; ib. 302–303 *qui cum doctrin(a)e studio* $C^vC^{ii}(=D^2dZ\psi^2O^2rS)$: *cum doctrin(a)e studio* N^2I : *cum doctrina homo* P^2HJ : *doctrina homo* G^1EFAw : *doctrinae homo* G^2N^1; 35, 456–457 *facis quae dicis quae insimulas* (ex *-milas* **Π**) *quae moliris quae arguis* $\Pi C^vC^{ii}(=D^2d^2\psi^2O^2rS)$: *facis quae dicis quae in sororem tuam moliris quae argumenta* P^2**GEHFAJw** : om. P^1; 49, 653 *sed etiam* (*etiam* om. N^2) *proterva meretrix* $C^vC^{ii}(=D^2N^2Q^2ZI\psi^2O^2rS)$: om. **PGEH**; 56, 754 *evolvere* $T^sC^vC^{ii}(=D^2dZI\psi^2rS)$: *volvere* **PGEHFAJwO**; 72, 979 *vellet is* (*iis* **Z**) $C^{ii}(=DdNZIS)$: *vellet his* $C^vC^{ii}(=\psi^2r)$: *velit is* (*iis* A^s) A^sPF : *velit his* **wO** : *velitis* **GEAJ**; 77, 1027 *pertinacia* $C^vC^{ii}(=D^2dNQ^2ZI\psi^2rS)$: om. **PGEFAJwO**; 78, 1038 *in iudicum* $C^{ii}(=a^{2 vel 3}D^2dNQ^2ZI\psi^2O^2r^2S)P$: om. **GEFAJw**; ib. 1040 *patiatur*] *patitur* $C^vC^{ii}(=D^2dNQ^2ZI\psi^2O^2rS)$: *datur* PG^1EAJ : *dat* G^2Fw.

Haec sufficere arbitror ad demonstrandum libri **C** memoriam iterum collati excitari fere omnem testimonio codicum **D**^{2}, **d**^{1}, **N**^{1} libris **Q**^{1}, **ZI** singulis locis suffragantibus vel etiam aliquid novi adferentibus, ceteros vero nullo detrimento collatoni **C**^{ii} restitutae inde facto abiciendos.

D^2**d**^{1}**N**^{1} **Q**^{1}**ZI**

De **D**^{2} praestantia omnino dubitari nequit. nam per totam ut dixi orationem amplum **C** lectionum numerum quae in nullo alio codice Italico commemorantur solus praebet. sic, ut pauca exempla ponam, his locis Nicolai de Clemangiis collationi **C**^{v} et, ubi exstat, etiam Bartholomaei de Monte Politiano excerptis **C**^{b} aperte suffragatur, velut

D^2

8, 93 *quis est qui* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *qui* **PGEH**; 10, 117 *autem* **C**^{v}**C**^{b} **C**^{ii}(= **D**^{2}) : om. **PGEH**; 24, 304 *Titum* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *l. luceium* **P**^{2}**GEFAw** : *luceium* **HJ** : plura om. **P**^{1}; 29, 365–366 *ipsa et copiose* **ΠC**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *ipsae* **P**^{1} : *ipsa* **P**^{2}**GEH**; 36, 480 *repellit* **C**^{v}**C**^{b}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : om. **PGEH**; ib. 482 *parasti* **ΠP** : *praeparasti* **GEH** : *paratos* **C**^{v}**C**^{b}**C**^{ii}(= **D**^{2}); 39, 525 *amore* **T**^{s}**PGEH** : *amoribus* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}); 48, 642 *factitatum* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *factum* **PGEH**; 50, 657 *tuas clodia* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : * * *clodia* **P**^{1} : *clodia* **GEFAw** : *clodiae* **P**^{2}**HJ**; 58, 789 *ad eam rem* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *ad eadem rem* **P**^{1} : *ad rem* **P**^{2}**GEH**; 63, 863–864 *magnam vim* **C**^{v}**C**^{ii} (= **D**^{2}) : *magna vis* **PGEH**; 74, 903 *tempus querellae* (*querelae* **GE**) **A**^{p}**PGE** : *temporis querellam* **C**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}).

cuius modi sescenta alia exempla neminem qui apparatus nostri paginas aliquot perlustraverit effugient, ut plura hic adferre nihil attineat.

Id iure mireris **d**^{1} solum §§ 52–57, **N**^{1} non nisi §§ 59–62 tantum varietatis **C**, ne dicam ipsam illam **C** scripturam prope puram, exhibere. equidem fateor non omnia mihi in hac traditionis parte ad liquidum perducere contigisse. dubito enim num **d**^{1} et **N**^{1} ob has paragraphos etiam ultimo gradu omnino ad eandem atque **D**^{2} originem **C**^{ii} referre liceat. qua quidem de re cum te celatum esse noluerim, consultius tamen mihi visum est mittere eius modi

d^1**N**^{1}

curas, utpote quae exitum non haberent, et redire ad certa, i. ad inlustrandam horum testium praestantiam.

d^1 itaque uni **d^1** haec e. g. debentur, velut 52, 683 *sumeret* C^vC^{ii} (= **d**) : *tum sumeret* **FAJw** : *tum iret* P^2**GEH**; 53, 706 *illa* **ΠPGEH** : *alia* C^vC^{ii}(= **d**); ib. 709 *ei fuerit* **PG** : *fuerit ei* C^vC^{ii}(= **d**); 54, 720 *L·* **ΠPGEH** : om. C^vC^{ii}(= **d**); ib. 721 *in famam atque in* C^vC^{ii}(= **d**) : *in famam atque* **Jw** : *infamat atque* **PGEH** : *infamet atque* **FA**; ib. 722 *a M·caelio* C^vC^{ii}(= **d**) : *a c(a)elio* P^2**GEH** : *caelio* P^1; 56, 753 *nec* **T**C^vC^{ii}(= **d**) : *neque* **GEH** : *de* P^1 : *idem* P^2; ib. 755 *isti mulieri venenum* T^s**PGEH** : *venenum isti mulieri* C^vC^{ii}(= **d**); ib. 762 *nullam ob* C^vC^{ii}(= **d**) : *ob nullam* **PGEH**; 57, 772 *familiariusque* C^vC^{ii}(= **d**) : *familiarius* **PGEH**.

N^1 soli vero **N^1** haec, velut 59, 807 *ut* **PGEH** : *et* C^vC^{ii}(= **N**); 60, 810 *ille* **PGEH** : om. C^vC^{ii}(= **N**); ib. 816 *revertor* C^vC^{ii}(= **N**) : *revertar* (*rerum tar* **E**) **PGEH**; 61, 820–821 *sit paratum* C^vC^{ii} (= **N**) : *paratum sit* **PGEH**; ib. 821 *aiunt huic* C^vC^{ii}(= **N**) : *aiunt* (*ai-* in ras. **P**) *hoc* **PGEH**; ib. 822–823 *constitutum factum* **PGEH** : *constitutum* (*constitum* **N**) *pactum* C^vC^{ii}(= **N**); 62, 833 *rem totam* C^vC^{ii}(= **N**) : *remittam* P^1 : *rem istam* P^2**GEH**; ib. 844 *coicere* **PGHA** : *coni(i)cere* C^b**EFJ** : *coniecere* C^vC^{ii}(= **N**); ib. 844–845 *nec satis commode* (ex *-i* G^2) **PGEH** : *quomodo* $C^vC^bC^{ii}$(= **N**).

Q^1ZI Neque omnino codicum **Q^1, ZI** testimonium spernendum, quippe qui et ipsi, quamvis raro, aliquid ad C^{ii} cognoscendum conferant. fieri potest ut aliquae ex iis quas **Q^1** praebet lectionibus **C** casui tribuenda sint. certe ea in quibus solus cum C^v conveniat levissima sunt, 32, 413 *inimicitias mihi* **PGEH** : *mihi inimicitias* C^vC^{ii}(= **Q**); 41, 547 *neque* **PGEH** : *nec* C^vC^{ii}(= **Q**); 62, 838 *venisset* **PGEH** : *-issent* C^vC^{**}(= Q^1). nec multo quidem plus varietatis **C** unis **ZI** acceptum fertur, quae tamen cum eius modi sit, velut 42, 565 *voluptatibus* T^s**PGEH** : *cupiditatibus* C^vC^{ii} (= **ZI**); 45, 609 *atqui* **Π**C^vC^{ii}(= **ZI**) : *atque* **PGEHhFAJw**; 50, 670–671 *et ceteris magnam ad se* C^vC^{ii}(= **ZI**) : *et ceteris ad se* D^2 : *et ceteris* N^2 : om. **PGEH**, iure maius quid ab his exspectes. quamquam in universum **Q** et **ZI**

testium nec non d^2 et N^2, ne hos omnino silentio praetermittam, vis in eo potissimum posita videtur quod ceteris illis libris ad C^{ii} pertinentibus auxilio veniunt, ut haec v. c. illic plerumque legantur,

25, 307 *removeantur* (*-atur* I) $C^vC^{ii}(=D^2d^2NZI)$: *removentur* PGEH; 42, 571 *familiam* $C^vC^{ii}(=D^2ZI)$: *famam* T^sPHJ : *fanum* GEFAw; 46, 623 *labor offendit* Π(?)$C^vC^{ii}(=D^2Q^2ZI)$: *laborefiendi* P : *labor confi** *endi* (sine ras. A) GA : *labor confitendi* EFw (v. app. cr.); 59, 804 *mihi* $C^vC^bC^{ii}(=D^2NQ^2)$: *ibi* PGEF : *urbi* HJ : *illi* A; 64, 879 *hoc* PH : *autem* G : *enim* E : *ad hoc* $C^vC^{ii}(=D^2Q)$.

C^{ii}

Quo cum pervenimus, opus est ut quae collationis C^{ii} utilitas prae ceterorum testium ad C pertinentium praestantia esse videatur, paulo accuratius definiatur. ac primum quidem C^{ii} plerumque cum C^v, C^b, interdum etiam cum C^i in tradendis C lectionibus consentire iam adnotavimus. maioris vero momenti est quod C^{ii} aliquot locis ultra consociatum ceterorum testimonium ascendere videtur. huc pertinet quod 8, 89 $C^{ii}(=D^2)$ recte excerpsit *omnes esse* pro levi vitio C^v *omnes se*, quod bene ibi dici posse nemo negabit; 12, 137 solus $C^{ii}(=D^2)$ *at studuit* summa fide tradidit, quod Clark ex C^v lectione *ac studuit* facili coniectura adsecutus est; 33, 418 unus omnium C^{ii} $(=D^2)$ verum *si* exhibet, quod in aliis C^bPGEH falso *sin* scribitur; 34, 429–431 $C^{ii}(=D^2)$ fide nisus cum Lambino scripsi *non patrem tuum videras, non patruum, non avom, non proavum, non atavum audieras consules fuisse*, quo loco cum $C^{ii}(=D^2)$ praebeat *non proavum non atavum*, C^v *non proavum atavum non*, C^b *non proavum non attavum non*, quid in C steterit dubitandi maior est libertas. mihi quidem $C^{ii}(=D^2)$ idem esse quod C^v in app. cr. contendo; nam quod proposito stemmate Claudiorum *proavum* ⟨*abavum*⟩ *atavum* auctoritatem PGH secutus coni. Orelli (*Or.*^{2}) non curo; 24, 304–305 $C^{ii}(=D^2d^2)$ fide, qui *dio fue-*

rat habet, lectio Cluniacensis restituitur ***habitabat apud Titum, ut audistis, Dio, fuerat ei cognitus Alexandriae***, quam lectionem pro *Dio, erat* recipiendam mihi reliquit Clark; 50, 660 **C**^{ii}(=**D**^{2}**ZI**) scripsit *accusatores* pro ceterorum **PGEHFAJw** *accusatoris*; 57, 767 **C**^{ii}(=**D**^{2}**d**) ope restituitur *sic est enim obiectum*, quod iam pridem coni. Halm (*Ha.*^{2}) quodque idem **C**^{v} servavit, sed ex mala Clarki relatione edebatur huc usque *sic enim est obiectum.* sescenta huius modi exempla plerumque ad fidem collationis **C**^{v} confirmandam pertinentia in varietate scripturae enotata facile invenies.

Itaque in memoria **C**^{ii} servanda hac fere imagine illustrare licet rationem quae inter **D**^{2}, **d**^{1}, **N**^{1}, **Q**^{1}, **ZI** intercedit:

Ω
C
A(?)
C^{ii} in A
D^{2} d^{1} §§ 52–57 N^{1} §§ 59–62 Q^{1} Z I

Sic de codice Cluniacensi **C** deperdito, quatenus potuimus, rem absolvisse nobis videmur. explicatis autem testium **C**^{v}, **C**^{b}, **C**^{i}, **C**^{ii} rationibus certisque, ut opinor, argumentis confirmatis, apertum est in codice **C** restituendo

ceteros omnes et auctoritate et numero lectionum etiam nunc superare $\mathbf{C}^{v}$, proxime ad eum accedere $\mathbf{C}^{ii}$, minoris preti esse $\mathbf{C}^{b}$, ut cuius testimonium haud perpetuum sit, agmen cogere $\mathbf{C}^{i}$. praeterea observandum in memoria libri **C** ex codicibus in Italia scriptis revocanda aliam mihi ingrediendam fuisse viam atque Clarkio. nam quod ille in ed. Oxoniensi 1905 omnia ex duobus codicibus, altero Laur. Gadd. 90 sup. 69,2 (ψ), altero Flor. Bibl. Nat. Conv. soppr. I IV 4 [S. Marci 255] (**b**), pendi voluit, id stare non posse aliosque libros manu scriptos iis substituendos esse satis demonstravimus.

Rem summam explicatam habes. quo vero facilius omnia de quibus in hac Praefationis parte disputavimus mente comprehendantur, tale stemma fontium memoriae **C** ad Caelianam pertinentium constituere placet:

ω Ω

C

P

B

v

C^{v} in v C^{b} w

A(?)

C^{i} in w

C^{ii} in A

IV. VATINIANA ET CAELIANA IN CODICIBVS ANTIQVIS

In oratione Vatiniana praeter **ω** ratio est habenda scholiastae Bobiensis, in Caeliana ad **ω** et **C** accedunt reliquiae trium librorum qui ex antiquitate ad nostram aetatem pervenerunt.

Schol. *Scholia Bobiensia* (*Schol.*) in codice palimpsesto Bobiensi sunt servata, cuius una pars in cod. Vaticano 5750, altera in cod. Ambrosiano E 147 sup. (nunc S. P. 9/1–6, 11) exstat. ipsa *Scholia* s. iv condita, codicis membranae s. v conscriptae, s. vero vii$^{ex.}$/viii$^{in.}$ Bobi rescriptae videntur.[107] continent inter alia commentarium in Vatinianam hodie bifariam dispertitum, partim in cod. Vaticanum, quo plurimum inest, partim in cod. Ambrosianum. integer Vatinianae commentarius calculos ineunti xxviii paginas binis columnis vicenum quinum versuum eorumque senarum denarum litterarum conscriptas occupavisse videtur. dolendum quod in Vatiniana interciderunt et prooemium et commentari pars ad §§ 1–4 pertinens. ita fit ut ne hinc quidem quid rei in lacuna illa 4, 46 post *in to* in **P**^{1} spatio vacuo indicata fuerit cognosci possit. id sileri nefas, licet cetera quae adfero tralaticia sint. Ciceronis verba interponuntur ipsi commentario, ita ut Vatinianae xlvi lemmata adnotationis adscribendae causa scholiasta ex exemplari suo desumpserit, quae pro codice habenda quivis concedat. scholiasta

107 V. Scholia in Ciceronis orationes Bobiensia, ed. P. Hildebrandt, Lipsiae 1907, v–xliv; R. Seider, Beiträge zur Geschichte und Paläographie der antiken Cicerohandschriften, Bibliothek und Wissenschaft 13, 1979, 106–108, 120–122. locos secundum Ciceronis orationum scholiastae ii, ed. Th. Stangl, Lipsiae 1912 cito.

multa in laudandis Ciceronis verbis omisisse, interdum aliqua mutasse non est mirum, utpote qui non exscripserit nisi ea in quibus sententiae vim positam esse putaverit. sic, ut duobus rei exemplis perfungar, 8, 94–95 verba *cuius desiderio – ut haec minima dicam – forum maestum, muta curia* expulsis parenthetice abundanterve dictis ita in brevius contraxit, *cuius desiderio forum mutum fuit*; 36, 482–483 *nec post Romam conditam praeter te tribulem quemquam tribum Sergiam perdidisse* omissis *nec ... tribulem* ex *quemquam* effecit *neminem*. id adnotare eo magis operae pretium fit quod librarii **PGE** locum pessum dederunt, ut in **PG** *quem*, in **E** *qu(a)e* legatur. et sic saepius peccatum, ex quo tamen nulla debet interpolationis suspicio nasci. itaque in singulis vocibus latet vis atque auctoritas scholiastae Bobiensis, ut hae ei lectiones egregiae debeantur, velut

19, 240 *in Q. Metelli locum* Schol. : *in· Q· metello cum* **PGE** : *·p· q· metello· cum* **H** : *pro· Q· metello cum* **A**; 21, 261 *vi* Schol. : *ut* **PG**[1]**EHA** : *at* **G**[2]; 34, 441 *deiecerit* Schol. : *delegerit* **PGEA**; 35, 466 *oratores* Schol. : *curatores* **PGHA** : *accusatores* **E**; 38, 505 *illum* Schol. : *ipsum* **PGEH**.

Papyrus Oxyrhynchites Bibl. Britannicae, P. Lit. Lond. 143 (Π) littera semiunciali cursiva minutissimi moduli s. v in Aegypto exarata. quot orationes integra papyrus, cuius frustula partes orationum Pompeianae, Verrinarum, Caelianae, hoc ordine dispositarum, adservant, amplexa sit plane ignoratur.[108] continent autem duo folia versibus Π

108 V. Seider, Beiträge, pp. 134–135 n. xv (= P. Oxy. 1097 + P. Oxy 1251 + P. Köln 2554 + P. Köln 329). cf. R. A. Pack, The Greek and Latin Literary Texts from Greco-Roman Egypt, Ann Arbor, The University of Michigan Press [2]1965, n. 2918; E. A. Lowe, Codices Latini Antiquiores (= CLA), Part ii, Oxford 1935, n. 210.

longis, non bipertitis scripta Caelianae 26–55, 333–747 *-tris ante est instituta ... nefario dicitur.* singulae paginae plus minus sexagenum novenum versuum esse, litterarum in singulis versibus numerus inter quinquagenas quinas et sexagenas fluctuare videtur. cum vero scriba **Π¹** hic illic in errorem inciderit, altera manus aequalis (vel ille ipse) **Π²** purgando textui operam navavit. Caelianae verba ad papyrum accuratissime expressa utilissimisque explanationibus instructa opera consociata ediderunt Grenfell et Hunt,[109] quos et ipse presse secutus sum.

Π¹

Π²

T Palimpsestus Taurinensis a. II. 2* (T) litteris capitalibus rusticis s. v in Italia exaratus, s. vii Bobi rescriptus (superiore scriptura effectus est cod. Taurinensis D. IV. 22),[110] a. 1824 ab Amedeo Peyron vulgatus.[111] tria et dimidium folia antiquissimi codicis etiam Caelianae fragmenta continebant,[112] quorum collationem ad ed. Patavi-

109 The Oxyrhynchus Papyri, Part x, ed. B. P. Grenfell–A. S. Hunt, London 1913, n. 1251, pp. 142–161. cf. etiam R. Cavenaile, Corpus Papyrorum Latinarum, Wiesbaden 1956, n. 25, pp. 82–94.

110 De cod. D.IV.22 v. M. T. Ciceronis Orationum pro Scauro ... fragmenta inedita, Pro Cluentio, pro Caelio ... variantes lectiones ..., composuit Amedeus Peyron, Stuttgardiae et Tubingae 1824 : Ad Fragmenta Orationum Ciceronis Praefatio, p. 3 ubi cod. s. xii tribuitur; A. Reifferscheid, Bibl. Patrum Lat. Italica 2.2, Wien 1871, 107–109 ubi cod. s. viii adsignatur; C. Cipolla, Codici Bobbiesi della Bibl. Nazionale Universitaria de Torino, Milano 1907, 37 ubi cod. s. vii–viii adtribuitur; Lowe, CLA iv, Oxford 1947, n. 441.

111 Ciceronis Orationum ... fragmenta, ed. Peyron; cf. Lowe, CLA iv, n. 442; Seider, Beiträge, pp. 115–116 n. iii.

112 V. Ciceronis Orationum ... fragmenta, ed. Peyron: Ad Fragmenta Orationum Ciceronis Praefatio, p. 5: 'Explicitis foliis opusculi D. Augustini, habui folia sex supra quinquaginta vetu-

nam anni 1753 (q. i. M. T. Ciceronis Opera, cum delectu commentariorum, in usum Serenissimi Delphini. Tomus sextus, qui orationum tertius, Patavii, Typis Seminarii, MDCCLIII. Apud Joannem Manfrè) satis diligenter institutam multaque alia ad codicem pertinentia ab eodem viro d. publici iuris facta sunt.[113] cum vero anno post vir d. correctiones ad aliquot locos separatim in medium protulerit (quo in numero nihil quod ad Caelianam pertineat invenitur),[114] iam hoc ipsum indicare mihi videtur summa cautione opus esse in illa collatione usurpanda, ne lectiones e silentio collatoris a posterioribus deductae ex aequo pro **T** varietate habeantur. cuius rei ratione habita rem ita instituere mihi visum est ut quae a Peyron expressis verbis enotata exstant littera T, varietates cum ed. Patavina congruentes signo T^s significarem. feliciter accidit quod aliquot decennis post palimpsesto iterum inspecto et novas aliquot lectiones T^p et defectus scripturae exteriore damno ut videtur factos animadvertit eaque omnia publici iuris fecit F. Schöll.[115] quae quidem omnia eo magis

T^s

T^p

sti codicis in 4°. maiori, quorum pars maxima exhibet Orationum Ciceronis fragmenta. Scilicet habeo Orationis *pro Quintio* folia tria; *pro Caecina* quinque; *pro Lege Manilia* unum; *pro Cluentio* duodecim; *pro Coelio* tria cum dimidio; *in Pisonem* sex cum dimidio; *pro Milone* quinque; *pro Tullio* octo cum dimidio; *pro Scauro* quatuor cum dimidio; *in Clodium* unum; *Epistolarum ad familiares* unum; caetera vel vacua sunt, vel raras tenent glossas in Ciceronem.'

113 V. Ciceronis Orationum ... fragmenta, ed. Peyron: Lectiones Variantes, pp. 183–184 et 195–198.

114 Chartae correctionibus illis conscriptae inscribuntur 'Errata quae sequuntur, Sic corrigas velim,' in calce 'Dabam Taurini die VIII februarii MDCCCXXV' subscribuntur.

115 V. F. Schöll, Zu dem Turiner Cicero-Palimpsest, Rhein. Mus. 50, 1895, 155–158, in primis 155–156.

opus est cum lectoribus communicare quod veteris codicis reliquias a. 1904 incendio infelici absumptas esse constat.[116] tres igitur Caelianae particulas in **T** antiquitas nobis olim legendas concessit, quarum una continebatur quod nostrae editionis est 38–42, 507–575 *quisque istam ... ad curam rei* ubi tres lacunas, una 41, 550–552 *se repugnantis ... relicti,* altera 42, 558–561 *-te inveneritis ... omnem suavita-,* tertia ib. 567–569 *-tionem dum modo ... effundat patrimoni-* dispexit Schöll; altera 54–56, 724–759 *-dis illis artibus ... futurum Caelio*; tertia 66–69, 902–937 *-lus exitus ... miramur si il-*. ceterum paginae codicis binis columnis constabant, singulae columnae vicinis singulis versibus, versus fere vicenis litteris. praeter scripturam

$T^1 T^2$ primariam T^1 correctiones T^2, quamvis rarae, a Peyron in collatione adnotatae comparent.

A^p Palimpsestus Ambrosianus R. 57 sup. (nunc S. P. 11.66) in hac editione siglo A^p significatus (ne cum cod. Laur. 48.10 [A] confunderetur) scriptura capitali rustica s. v exaratus, s. vii scriptura novicia item in coenobio Bobiensi obrutus esse videtur,[117] de quo Angelus Mai, qui inferiorem scripturam in lucem protulit, haec adnotat: 'codex ... in praesenti est formae quae dicitur in 8.°, quia monachus ... folia complicuit: quibus iterum explicitis, ad antiquam formam in 4.° undecim cum dimidio folia redierunt.'[118] in A^p igitur uno folio hae Caelianae §§ ser-

116 V. E. Stampini, Inventario dei codici superstiti greci e latini antichi della Biblioteca Nazionale Torino, RFIC 32, 1904, 385–386.

117 V. A. Reifferscheid, Bibl. Patrum Lat. Italica 2.1, Wien 1871, 87, qui superiorem scripturam s. viii adsignatur; Lowe, CLA iii, Oxford 1938, n. 362.

118 V. M. T. Ciceronis Sex orationum partes ante nostram aetatem ineditae, ed. A. Mai, Mediolani [2]1817, 10 ubi vir. d. his

vantur: 71–75, 969–1003 *caeserni est causa ... infelici.* singulae codicis paginae tres columnas vicenum quaternum versuum exhibent, singuli versus duodenas litteras continent. dolendum quod Angelus Mai tincturam, qua scriptura inferior expromeretur, paulo violentius quam ut litterae integrae superessent membranis adhibuerat. itaque verba Ciceronis aegre discerni hodie possunt totaque res ex Mai collatione pendet. hic vero cum verba Caelianae cum ed. Verburgiana anni 1724 (q. i. M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia, vol. 5, ed. Isaacus Verburgius, Amstelodami apud Wetstenios 1724) contulerit,[119] eadem ratione collatione Mai usus sum atque Peyroniana. diligenter siglo **A**^{p} seiunxi lectiones a Maio nominatim evocatas a varietate e silentio deducta vel potius cum ed. Verburgiana consentiente, quam signo **A**^{s} notavi.

A^{s}

Codices **ΠTA**^{p}, ubi exstant, plerumque a **C** potius quam ab ω stant. itaque papyrus **Π** cum aliis compluribus tum his locis cum **C** in singularibus lectionibus consentit, velut

ΠTA^{p}C

27, 342 *probabam* **PGEH** : *probem* **ΠC**^{v}; 30, 385 *alia* **PGEH** : *talia* **ΠC**^{v}; 43, 583 *libet* **ΠC**^{v} : *liquet* **P** : *necesse est* **GEH**. palimpsestus **T** his, velut 39, 532 *convivia* **PGEH** : *conviv*[*i*]*a* (sed *-a* incertum) **Π** : *convivium* **TC**^{b}; 55, 747 *dignitatis* **TC**^{v}**C**^{ii} (= **D**^{2}**d**) : om. **PGEH**; 68, 933 *sublata* **TC**^{v}**C**^{ii}(= **D**^{2}) : *sublevata* **PGEH**. rescriptus **A**^{p} his, velut 72, 979–980 (*a*)*equalium studiis* **PGE** : *studiis aequalium* **A**^{p}**C**^{v}; 73, 989 *homini* **A**^{p}**C**^{v}**C**^{b} : *viro* **PGE**.

pergit: 'iam ex his foliis ita restitutis sex habent partem orationis *pro Scauro* cum scholiis, tria et dimidium *pro Tullio*, unum *pro Flacco.* unum etiam particulam exhibet orationis Tullianae *pro Caelio.*' cf. Lowe, CLA iii, n. 363; Seider, Beiträge, pp. 114–115 n. II.

119 V. Ciceronis Sex orationum partes, ed. Mai, 53–54.

Ω quibus cognitis haud absurda oritur quaestio num **ΠT** **A^pC** consensus ad fontem aliquem primitivum referendus sit. eo certe spectare videtur horum codicum cum similis in summa re conformatio verborum tum, ubi comparatio ad plures pertinet, singularium lectionum communio. sic testes **CTΠ**, ubi inter se comparari possunt, id genus consensum exhibent, 39, 526 *ut hanc tu* **ΠT$C^v$$C^{ii}$(=$D^2$)** : *hanc tu* **PH** : *hanc* **GE**; 42, 564 *aliquid* **PGEH** : *aliqui ludus* **ΠT**; 54, 729 *locisve* **PGEH** : *locisque* **ΠTNZI** (vide ne hoc ex **C^{ii}** devenerit). equidem non repugnaverim si quem moveret id genus similitudinis species ut libros **ΠTA^p** ad **C** adiungeret eosque omnes tamquam unius antiquae recensionis **Ω** alteri illi recensioni **ω** contrarios poneret. memento nos haudquaquam carere exemplis quibus tale quid evenisse certo evincitur. id quidem evenit in Ciceronis dialogo *de oratore*, in quo unam codd. familiam ad antiquam editionem **M^a** eamque e grammaticorum schola Ciceronis verba summa cum religione observante profectam redire, alteram ad editionem **L^a** e rhetorum officina textum Tullianum liberius tractante derivatam spectare non sine probabilitate coniecit J. Stroux.[120] utut hoc est, in ipsis **ΠTA^p** libris aestimandis vix quicquam interest utrum **CΠTA^p** ex communi fonte descenderint necne. id vero magni refert his tribus rivulis memoriae Caelianae, quamvis minime perpetuis, haud parvum lectionum numerum servari quibus in ipsis orationis verbis restituen-

Π dis vix carere possimus. ex his vero testibus quamvis **Π** amplitudine alteros illos duos superet, tamen ipse per-

120 V. J. Stroux, Handschriftliche Studien zu Cicero De oratore. Die Rekonstruktion der Handschrift von Lodi, Basel 1921, 128; M. T. Ciceronis De oratore, ed. K. Kumaniecki, Lipsiae 1969, xxi–xxii.

pauca habet propria sibi bona, sed multa peculiaria vitia.[121] diligentius haec persequerer, si inde fructum aliquem in crisi exercenda capi posse sperarem. nunc vero adfero 55, 736–737 quo loco A. Klotz potissimum ex vestigiis in Π relictis (v. app. cr.) *L. Luccei testimonium. TESTIMONIVM* ⟨*L.*⟩ *LVCCEI* optimo iure restituisse mihi videtur. de virtutibus palimpsestorum TA^p brevis esse possum, propterea quod nihil inde recepi quod non prioribus probaretur, quamquam satis longa est, praesertim palimpsesti T, lectionum series, de quibus dubitatio relinquatur. mihi vero satis est adnotare palimpsesto T tales v. c. lectiones acceptas referri, velut

T

54, 726 *intentum* T^1 : *intantum* T^2 : *inlatum* (*il-* HG^2)PGEH; ib. 727 *hospitem* T : *-e* PGEH; 55, 746 *temptata esse* T : *temptata* P^{2}GEH : *tempta* P^1; 56, 758 *nullius* T : *nemini* PGEH; 67, 909 *collocatos* (*-us* T) TFAw : *locatos* PGEHJ; 68, 934 *inquid* T : om. PGEH.

idem fere de rescripto A^p valet. quamvis enim bene multis erroribus propriis scateat, tamen interdum tam certam genuinae lectionis fidem praestat ut nefas sit dubitare quin haec v. c. bene se habeant,

A^p

71, 971 *eximendi* A^p : *emittendi* PGE; 72, 975 *dedita disciplinae* A^p : *dedita -is* Schem. dian. P^{2}GE : *dedita ad disciplinis* P^1 : *disciplina debita* C^v; 74, 996 *umquam* A^p : om. PGE.

Hos igitur testes ut sui quemque iuris esse eoque in utriusque orationis textu constituendo pondus habere quam maximum cum iis quae modo exposui manifestum fiat neque alia demonstratione egeat, ita facere non possum quin verbo saltem quaestionem illam attingam quae in codicibus in monasterio Bobiensi rescriptis versatur.

121 Cf. A. Klotz, Der neue Ciceropapyrus, BPhW 34, 1914, 955–960.

nam si scholiastae palimpsestorumque TA^{p} superioris scripturae aetatem respicias, hos codices ad primum bibliothecae Bobiensis fundum pertinere facile agnoscas. magnam vero librorum copiam tum temporis ex diversis Europae partibus – Hibernia, Scotia, Gallia, Italia – a Columbano eiusque discipulis Bobium comportatos arcessitosve esse constat.[122] in nostris vero vetustis ne ad lectionis diversitates diligenter attendere, res historicas neglegere videamur, haud supervacaneum mihi videtur lectorem monere monachos Bobienses non integros veterum scriptorum libros ad scidas redegisse, sed iam laciniatos in membranarum prompturario praesto habuisse

122 Ad hanc quaestionem cum aliae tum hae disputationes pertinent, Ciceronis Orationum ... fragmenta, ed Peyron: De Bibliotheca Bobiensi Commentatio; G. Mercati, Codices e Vaticanis selecti quam simillime expressi iussu Pii XI P. M. consilio et opera curatorum Bibliothecae Apostolicae Vaticanae, vol. XXIII: M. T. Ciceronis De re publica libri e codice rescripto Vaticano Latino 5757 phototypice expressi. Prolegomena de fatis bibliothecae monasterii S. Columbani Bobiensis et de codice ipso Vat. Lat. 5757, 1934; F. Ehrle, Codices e Vaticanis selecti phototypice expressi iussu Pii PP. X. consilio et opera curatorum Bibliothecae Vaticanae, vol. III: M. Cornelii Frontonis aliorumque reliquiae quae codice Vaticano 5750 rescripto continentur, Mediolani 1906; R. Beer, Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio, Anzeiger d. Kais. Akad. d. Wiss. Wien, philos.-hist. Klasse 48, Wien 1911, 78–104; E. A. Lowe, Palaeographical Papers 1907–1965, vol. 1, ed. L. Bieler, Oxford 1972, 188–274: Some Facts about our Oldest Latin Manuscripts (desumptum ex CQ 19, 1925, 197–208); ib., 251–274: More Facts about our Oldest Latin Manuscripts (desemptum ex CQ 22, 1928, 43–62). cf. praeterea M. Cornelii Frontonis Epistulae, ed. M. P. J. van den Hout, Lipsiae 1988, viii–xxiii.

videri.[123] sic, si quando novi alicuius libri condendi necessitas exstiterat, cum integris membranis ob fortunarum penuriam destituti essent, scripturam mutilatorum illorum codicum aut scalpro radebant aut ablutione delebant ut novae scriptioni locus pararetur. quod si verum est, non tam monachismus obiurgandus videtur quam temporum iniquitas, si id fieri potest, incusanda, quod illa potissimum aetate tot antiqui libri interciderunt.

V. VATINIANA IN RECENTIORIS AEVI CODICIBVS

Piget me quod, cum de Caelianae memoria post renatas litteras apud Italos propagata agerem, Vatinianam alto silentio occultavi. id nullam aliam ob causam feci quam quod veritus sum ne minutiis interiectis illius argumentationis cursum retardarem. nam Vatinianae simplex est causa. ex codicum generibus quae in percensenda Caelianae memoria Italica supra distinximus duo ad Vatinianam pertinent, alterum **H**, alterum **H + y-m**. illius sunt v. c. codd. Vat. Palat. lat. 1478 et Vat. Barb. lat. 142 (codd. Bibl. Brit. add. 19586 et Perusinus 323 [E 71] Vatiniana carent), huius codd. Laur. 48.10 (**A**) f. 91^{v}–97^{r} *IN VATINIVM. TESTEM* et Laur. 48.11 (**J**) f. 147^{r}–153^{v} *IN VATINIVM. TESTEM* continentes, de quibus supra disputavimus. ex his mixtis ceteroquin valde inter se persimilibus soli instar omnium in adnotatione critica locum concessi codici **A** hic illic non spretis singulis coniecturis ex J et cod. Monacensi 15734 (**S**) delibatis. tamen in ipso textu constituendo vix quicquam lucri capitur ex iis.

H
H + y-m
AJ
S

123 Cf. Ehrle, Codices e Vaticanis selecti, vol. iii, 7.

quod si Vatinianae lectioni vulgatae quae dicitur consulere volumus, magni sunt momenti. scilicet ea iam ex **A** facile cognosci potest, etiam magis ex **S**, qui solum coniecturis ultra **A** lectionem ascendit, cuius deinceps textum adspersis quibusdam erroribus propriis ad verbum fere reddit princeps illa editio Romae a. 1471 confecta. illud vero huius memoriae est proprium quod nullum codicem habemus qui puram **y-m** scripturam exhibeat. accedit alterum. codices **H** + **y-m** mixti ita sunt comparati ut fundamenti loco lacunosam illam **H** lectionem habeant, ad quam supplendam et emendandam codex ille **y-m** generis adhibitus est. quod vero cum ita factum sit ut correctio illa ultra verbum 34, 449 *diligentia* non excedat, codicem illum stirpis **y** Florentiam adportatum verbis inde ab hoc loco usque ad finem qualibet de causa amissis orationem decurtatam continuisse manifestum est.

A Qualis ille **y** liber fuerit nullo negotio ex additamentis illis quibus lacunae **H** explentur cognoscitur. ac primum quidem eum **y** generis fuisse erroribus quos cum **GE** communes habet demonstratur. sic, ut aliquot exempla ponam,

13, 164 *quaero ... universe* omisit **H**, **A** textum habet, sed manifesto ad **y** genus conformatum, quod ex hac lectionis varietate elucet, *aps te* **P** : om. **GEA**; *universae* **P** : om. **GEA**. 16, 203–213 *ex iis ... vides* om. **H**, habet **A**, ubi vide sis 203–204 *servare de caelo* Schol. **P** : *de caelo servare* **GEA**. 18, 222–231 *cum te ... convocare* om. **H**, habet **A**, ubi confer 227 *post sedentibus* **P** : *praesidentibus* **GEA**; ib. *duobus non* Schol. **P** : *non duobus* **GEA**. denique 33–35, 420–457, ubi magna illa codicis **H** lacuna *quaero ... mentio est* expletur, post 34, 449 *diligentia* codicem illum **y** desinere atque inde ab hoc loco nostrum **A** (et ceteros) accuratam contextus **H** imaginem praebere iam dixi; tamen in parte expleta animum ad hanc discrepantiam advertas velim, quae est 33, 420 *etiam illud* **P** : *illud etiam* **GEA**; 34, 439 *appellarit* **P** : *-ret* **GEA**.

itaque de origine illius libri dubitari non potest. qua ratione **GEA** cohaereant, cernitur cum ex aliis locis tum ex 18, 222–231. hoc loco **H** omissis *cum te ... convocare* lacuna hiat, **GE** ceteris servatis parva omissione 223 *esset etiam tum in re publica* laborant, **PA** soli plenum textum tuentur. hinc igitur perspicitur illum **y** generis librum neque ex **G** neque ex **E** pendere. quod cum ita sese habeat, iure quaeras num quid utile ex **A** discere possimus. sed cum pleraque in quibus **A** ab **GE** (interdum etiam ab **H** vel **P**) discedat eius modi sint, ut

19, 243 *labefactatam* **PA** : *labefactam* **GEH**; 33, 428 *id* $\mathbf{PG^2A}$: *ad* $\mathbf{G^1E}$; 21, 262 *a tabula* Schol. **A** : *ab tabula* **P** : *ad tabula* $\mathbf{G^1E}$: *ad stabula* $\mathbf{G^2}$: pl. om. **H**; 30, 396 *atratus* **PA** : *atractus* $\mathbf{G^1}$: *attractus* $\mathbf{EG^2}$,

apparet huius libri usum eo contineri quod inde ut dixi lectionis vulgatae quae priscas illas editiones occupaverit notitia hauritur. hoc autem monendus es, lector, plures eiusdem plane monetae atque Laur. 48.10, Laur. 48.11, Monacensem 15734 exstare codices nos docere Michaelum Reeve,[124] qui etiam aliquos ex his accurate, ut solet, cognovit in voce *diligentia* omnino desinere. hi sunt codd. Escorial. R I 12 (cf. adn. 77; qui in *Vat.* generis **y-m** est), in quo post *diligentia* reliqua oratio secundis curis ex **H** generis cod. petita comparet, Neap. Bibl. Nat. IV B 7 (cf. adn. 77; qui in *Vat.* generis **y-m** est), Vat. Borghesianus lat. 341, s. $xv^{1/4}$ Florentiae a Ioanne Arretino scriptus, Vat. Ottob. lat. 1710 item s. $xv^{1/4}$, ubi finis orationis paulo serius a librario ipso additus est.

Accedunt duo libri ab illis diversi item a Michaelo Reeve prolati, a quibus tamen vir. d. maiora sperabat quam quae mihi examinanti praeberent. horum unus est

124 V. Reeve, Before and After Poggio 268–270.

cod. Laur. S. Marci 272 f. 34^{r}–41^{v} *in p. Vatinium testem* – sic oratio subscribitur, nam inscriptione caret – continens, scriptus ut videtur ante a. 1437 (hoc inde colligi potest quod tabulam opusculorum manu Nicolai Nicoli a. 1437 mortui scriptam habet), alter cod. Bibl. Brit. Arundel. 382 f. 97^{r}–105^{r} *In P. vatinium testem* amplectens, manu Ioannis Hasenbeyn Wormaciensis exaratus, quem ca. aa. 1458–1465 Patavi nactus est Ioannes Pirckheimer.[125] qui libri non eo hic commemorandi quod ad reconditos aliquos antiquitatis Vatinianae fontes aditus patefaciant, sed quia praeter **H** et **y**-**m** propagines codicem aliquem (a quo Caeliana aberat) stirpis **P** in Italiam pervenisse ostendunt. Vatinianam vero adeo inter se simillimam exhibent ut Arund. 382 ex codice S. Marci 272 originem traxisse paene pro certo affirmari possit.[126] cum igitur Arund. 382 omnino hinc abiciendus sit, codicem S. Marci non nullis locis speciem quandam singularis integritatis simulare non nego. libro vero ipso accuratius examinato id eo factum comperi quod diorthota scripturam **P**, i. **P**^{1} + **P**^{2}, quam cod. S. Marci primariam exhibet,[127] codice aliquo generis **A** (potius quam **J**)

125 Cf. A. Reimann, Die älteren Pirckheimer, Leipzig 1944, 143 adn. 7.

126 Id eo probatur quod ne unum quidem locum inveni ubi Arund. non codicis S. Marci aut vitia aut correcturas sequatur.

127 Ne quis de hac re dubitet, pono specimen errorum **P** (vel **P**^{2}) in cod. S. Marci (**M**) obviorum, ubi **M**^{1} est prima manus, **M**^{2} manus corr.: 1, 6 *ita*] **M**^{2} : om. **PM**^{1}; 2, 20 *periculo*] **M**^{2} : *periculum* **PM**^{1}; 3, 25 *cum et*] *quia et* **P**^{2}**M**; 6, 77 *principum*] **M**^{2} mg. : om. **P**^{2}**M**^{1}; 8, 104 *unius*] om. **P**^{2}**M**; 14, 178 *elicere*] *eligere* **PM**; 21, 262 *a tabula*] *ab tabula* **PM**; 30, 389 *ut*] **M**^{2} : om. **PM**^{1}; 32, 413 *expleras*] *expiaras* **P**^{2}**M**; 34, 443 *causa*] *causam* **PM**; 42, 548 *responderi*] *respondere* **PM**.

usus[128] paucis vitiis stirpis **P** propriis purgatam reddidit. quo fit ut, cum nihil, quod quidem momentum faciat, praebeat quod non idem ab aliis medii aevi codicibus traditum sit, hoc fere ut dixi huius libri emolumentum contineatur, quod inde apparet Italos integra Vatiniana ne post 34, 449 *diligentia* quidem fuisse destitutos. explicatu difficilius qui factum sit ut generis **P + H + y** praestantia prae librorum **H + y** vilitate adeo ab Italis neglecta sit ut, si codices qui vulgo circumferebantur aut editiones priscas inde profectas spectes, unum apud eos illud **H + y** mixtum genus idque in posteriore Vatinianae parte mancum in deliciis remansisse necessario statuas.

VI. VATINIANA ET CAELIANA IN EDITIONIBVS PRAECIPVIS

Iam paucis exponere liceat quas utraque oratio inter criticas editorum curas vicissitudines experta sit.[129] ac pri-

128 Emendatum esse cod. S. Marci ex huius generis libro aliquo cum alii **AJM** errores communes ostendunt tum hi, 3, 36 *ei* **PE** : *et* **GAJM** : pl. om. **H**; 5, 49 *defensio numquam* **PGE** : *defendi non numquam* **AJM** : pl. om. **H**; 8, 102 *in* **PG¹EH** : del. **G²** : *ad* **AJM**; ib. 103 *hoc* **PGH** : *h(a)ec* **AM** : om. **J** (quo loco vides **M** ad **A** propius quam ad **J** accedere; cf. sq.); 27, 355 *multas iam* **PG²** : *multa sed iam* **G¹** : *multam suam* **E** : *multas etiam* **AM** : *multa si iam* **J** : pl. om. **H**; 37, 485 ⟨*de*⟩ *te* Or.² : *te* **PG¹E HM¹** : *ex te* **G²** : *a te* **AJM²**; 39, 513 *ex(s)ecretur* **PGEHM¹** : *execret* **AJM²**.

129 De editionibus vetustioribus multa et utilia proferuntur apud I. C. Orelli – I. G. Baiter, Onomasticon Tullianum 1, Turici 1836, 193–380; I. A. Ernesti, Opuscula philologica critica, Lugduni Batavorum 1764, 135–154 et 155–170; cf. etiam M. T. Ciceronis opera omnia 2.1: Orationes, ed. I. A. Ernesti, Oxonii 1810, i–xiii.

mum duae Ciceronis orationum editiones principes a. 1471 impressae commemorandae sunt, altera Venetiis (*ed. V.*) a Lodoico Carbone curata, altera Romae (*ed. R.*) a Ioanne Andrea Aleriensi. in hac Vatiniana ita conformata est ut supra exposui. quo fit ut ubicumque in apparatu critico codicem Laur. 48.10 (A) adfero, idem fere ad ed. Romanam pertinere ne commemorare quidem necesse fuerit. sed ne in ed. quidem Veneta multo diversus huius orationis contextus conspicitur, qui eo ab ed. Romana differt quod non omnes illae lacunae in §§ 1–32 expletae sunt.[130] quod quidem iure mireris, cum plerumque ed. Veneta in sylloge orationum cod. Parisini 7794 exprimenda textum H fideliter reddat. id ipsum re vera factum in Caeliana, quae in ed. Veneta ad H (non **h**) genus constituta est, in ed. Romana ad **w**, cui singulis locis lectiones ex ZI generis codice sumptae accesserunt.[131] indidem inlatae videntur aliquot lectiones quae ad C^{ii} pertinent.[132] hae duae editiones summo in honore apud posteriores habitae sunt. adde quod ed. Veneta multi usi sunt, ed. Romanam, ante quam eruditi eius bonitatem prae ed. Venetae tenuitate perspexerunt, plerique neglegebant. sed iam edd.

130 Itaque *ed. V.* his lacunis codicis H, quas *ed. R.* expletas habet, hiat, 4, 42–43 *cum ... diceret*; 4–5, 45–50 *ut mihi ... vituperari*; 5, 57–60 *codicem ... paruisse*; 10, 118–119 *sed tamen ... P. Sestio*; 11–12, 139–142 *cum P. Sestius ... magistratu*; 12, 142 *magno clamore*; 12–13, 152–162 *post quaesturam ... plebis*; 14–15, 171–186 *et quoniam ... servatum*; 20–21, 249–259 *sed quaero ... putasti*; 22, 274–283 *idemque ... posset*; 25, 325–326 *qui si ... non esset.*

131 Ad id genus codicem spectare videtur consensus ZI *ed. R.* his locis, 1, 4 *omnibus*] *omnibusque*; 4, 47 *nostra*] *vestra.*

132 Cf. e. g. 77, 1027 *minimorum*] *minorum*; 78, 1040 *patiatur*] *patitur.*

Iuntina prima a. 1515 ab N. Angelio curata (*Ang.*), Aldina prima a. 1519 ab A. Naugerio (*Naug.*[1]), Ascensiana secunda Parisiis a. 1522 vulgata perpaucis aliunde adscitis vel divinatione inventis repetitiones sunt Romanae. quamquam Naugerio, ut qui primus v. c. *Cael.* 50, 670–671 lectionem **C** *et ceteris magnam ad se* in textum receperit, codices ad manum fuisse certum. in Vatiniana magni preti est ed. Cratandrina (*Crat.*) a. 1528 Basileae excusa, ut quae expletis omnibus lacunis post 34, 449 *diligentia* conspicuis integram orationem prima exhibuerit. quod Cratander (vel potius Michaelus Bentinus qui editioni praefuit) 36, 480–484 verba *ob hasce ... perdidisse* ab **HA** omissa alieno loco post 37, 495 *fias* ex codice suo inseruit, quaecumque editiones postea confectae eodem vitio laborant, eas quodam modo ex exemplari Cratandrino pendere in aperto est (v. app. cr.). quod genus ipse codex fuerit unde Vatiniana plena facta sit aegre liquet.[133] fieri tamen potest ut is fons fuerit bonarum aliquot lectionum quae tum primum in textum receptae sunt, quae e. g. sunt 34, 453 *liceret*; 35, 468 *posset*; 37, 495 *fias.* ab his editionibus discedit atque textum magnam partem ad codicem stirpis **P** exactum praebet ed. Ascensiana quarta a. 1531 (*ed. Asc.*), cuius simillimae sunt Iuntina tertia a. 1534

133 Cum vero 41, 543 ubi **P** *reus uterque* habet, *Crat.* cum **GE** in *uterque reus* consentiat, fortasse cum generis **y** codice nobis res est. constat autem Cratandrum 'a doctissimis istius aetatis in Germania viris vehementer esse adiutum,' e quibus C. Peutinger (1465–1547) ei codices (vel codicem) Ciceronis orationes continentes suppeditavit, id quod haud male cum illa lectione **GE** congruit, quae ad Germanicam potius quam Gallicam stirpem spectare videtur.

(*Naug.*^{2}) et Hervagiana a. 1534.[134] doleo quod ed. Ascensianam usurpare mihi non contigit, nam in Hervagiana Caeliana aliquot novis **C** lectionibus adaucta legitur, velut 13, 158 *esset et*; 56, 762 *nullam ob*, quarum maiorem numerum exhibet Iuntina, velut 9, 100 *potuit isti*; 21, 267 *varietas*; 29, 365–366 *ipsa et copiose*; 44, 592 *quoniam*. sed de his editionibus nihil est opus multa dicere, quod earum usus nunc, quoniam ipsos fontes unde desumptae videantur manibus tenemus, eo usque minuitur ut non nisi propter ea quae ipsi editores e coniectura mutarunt in commentario critico dignae sunt quae laudentur. vigente deinde per totam Europam antiquitatis studio multae editiones profluxerunt, inter quas ed. Lambiniana aa. 1565–66 (*Lb.*) ob codicem aliquem Parisini 14749 simillimum, unde in Caeliana plus tertia pars varietatis **C** ab Alberto Clark receptae Lambino innotuit, longe principatum tenet. Vatinianae vero Lambinus eo maxime profuisse videtur quod primus, nisi fallor, pravum illum ed. Cratandrinae verborum ordinem §§ 36–37 ad veritatem revocavit. ex insequentibus editionibus praecipua mentione ed. Gruteriana a. 1618 Hamburgi in lucem data digna esse videtur. notum est Gruterum plerumque auctoritatem Lambinianam secutum adscitis copiis a Iano Gulielmio suppeditatis usum esse in contextu emendando codd. Bruxellensi 5345 (**G**), Berolinensi fol. 2° 252 (**E**), Vat. Palat. 1525 (qui codicis **E** simillimus est) nec non codice S. Victoris, i. Paris. 14749. atque in Caeliana maius quid quam quod Gruterus re vera praestitisset iure exspectabas a viro docto cui praesto erat Parisinus 14749. tamen accuratius contextum Gruterianum examinanti in

134 V. quae de his editionibus disputavi in Cicero, Scripta 22, ed. Maslowski, xx–xxi; cf. Orelli – Baiter, Onomasticon 241–242 (*ed. Asc.*); 199–200 (*Naug.*^{2}); 201 (*ed. Herv.*).

promptu est editorem specie tenus codicem Paris. 14749 adhibuisse. etenim ultra priores sapere non ausus lectiones **C** ne a Lambino quidem inter Ciceronis verba admissas repetivit omnes. laus Gruteri est quod auctoritatem **C**^{v} amplexus 5, 53 *Praetuttiani*, municipum Caeli nomen, in nota ad h. l. lectori commendavit. postremae inter tumultuarias commemorandae sunt Ioannis C. Orelli editiones. hic enim in prima totius Ciceronis editione (*Or.*^{1}; Turici 1826) id tantum egit ut variarum editionum discrimina prudenti delectu conciliaret. nulla autem re in hac editione gravius peccatur quam quae in adferendis e collatoris silentio lectionibus palimpsesti **T** versetur. quam rationem in editione Lipsiensi a. 1919 secutus Alfredus Klotz eo incuriae pervenit ut additis quibusdam novis id genus locis lectionem palimpsesti quae quasi recepta vel vulgata esset, quia tamquam per plura saecula variis exemplaribus propagaretur, adnotando effecerit. quae quidem omnia in apparatum criticum facile recepit J. Cousin (ed. Parisiis ^{2}1969). sed Orelli ne in ea quidem editione qua a. 1832 Caelianam cum Sestiana coniunxit (*Or.*^{2}; Turici 1832) ultra progressus est quam ut ex codicibus quos hodie maximi aestimamus unum fere Parisinum 7794 diligentius collatum ('in Caeliana … usus sum … Cod. Regio 7794 …, cuius accuratam collationem mihi dono dedit CASP. meus BLUNSCHLINUS.' p. xiv) textui emendando adhiberet. dotes huius editionis potissimum in amplis Orelli commentariis Ciceroniano contextui subiectis versantur, quibus ut de multis Caelianae locis utiliter disputatur, ita haec editio minime est spernenda. idem fere valet de praecipua illa unius Vatinianae editione a. 1835 vulgata (*Or.*^{3}), cuius condendae causa praeter alia subsidia editor et testimonium scholiastae Bobiensis in auxilium vocavit et haud parvum numerum coniecturarum ex ed. Ascensiana a. 1531 (nam alias veteres edd. non curo)

excerptarum protulit. iam vero cum de meritis peccatisve Caroli Halm, qui Vatinianam et Caelianam una cum aliis Ciceronis orationibus in volumine illo a. 1856 Turici vulgato recognovit (*Ha.*²), antea saepius dixerim,[135] hoc loco unum tantum quod maxime ad Caelianam pertineat quodque iam ad editiones nuperrimas spectet adnotare visum est. sicut enim ille vir d. omne consilium eo convertit ut necessitudines inter codices familiae ω intercedentes explicaret,[136] ita ne post Albertum quidem Clark illud studium non modo deferbuit sed etiam crevit. quod quidem facilem habet explicationem in Alfredi Klotz Praefatione editioni Teubnerianae a. 1919 (*A. Kl.*) praemissa – frustra enim ante eum viri d. in horum codicum universa ratione explicanda ingenia exercuerunt, quorum neque Halm nec Peterson in ed. Oxoniensi a. 1911 (*Pet.*) iudicium suum ei probaverunt, Clark vero hanc offici sui partem prope non attigit – minus expeditam in ed. Parisiensi a. ²1969 a J. Cousin curata (*Cou.*). adde quod Klotz et satis amplam materiem ad codicem Cluniacensem recte aestimandum habuit et rationes inter codices familiae ω intercedentes primus dilucide perspexit et apparatum criticum plerumque accurate instruxit et textum ipsum bono plerumque iudicio constituit. itaque post Albertum Clark primus intellexit universe quaenam essent in utriusque orationis verbis constituendis optima et certissima rei gerendae subsidia. quae novissime prodierunt Parisiis a. 1965 (*Vat.*, al.) et a. ²1969 (*Cael.*, al.) editiones a J. Cousin curatae, eae potissimum aucta codicis **H** notitia gloriari possunt. sed cum vir d. neque hoc neque aliis libris ea usus sit quae philologum decet diligen-

135 Cf. v. c. Maslowski–Rouse, The Manuscript Tradition 60 sqq.

136 V. Halm, Interpolationen, passim.

tia, propria huic viro laus constat quod verba Ciceronis in linguam Gallicam convertit. denique in Vatinianae editione a. 1970 a V. Cremona prolata cum ob vagam codicis **H** naturam apparatum positivum qui dicitur desidero, tum commentatio illa (Proleg. p. 15 sq.) de recentioris aevi codicibus plura habet quae mihi quidem non probentur. velut cod. Flor. Bibl. Nat. Conv. soppr. I IV 4 [S. Marci 255] mihi non est fons edd. Venetae et Romanae, atque omnino harum editionum lectiones in app. cr. commutatis inter se nominibus a viro d. laudantur.

VII. DE HVIVS EDITIONIS RATIONIBVS

Hoc de meo consilio caput altera ex parte brevissimum, altera in digressionem productum. excursus ad codicum familiam ω pertinet quae fundamentum recensionis et emendationis praebet. huius familiae codicem **P** in Caeliana saltem ex **C** contaminatum esse putabat Klotz: 'ad exemplar codicis **P** pervenisse rivolum quendam ex alia codicum familia, cuius vestigia admodum tenuia persequi vix licet.'[137] at examinatis alterarum duarum stirpium codicibus contaminationem latius patere cognovi. cave autem putes id parvi esse. nam si huius familiae codicum ratio constaret, lectionem archetypi ω semper ex consensu duarum stirpium contra tertiam facientium adsequeremur. nunc vero haud raro fit ut duabus vel in errore consentientibus tamen tertia verum idque non coniecturae debitum tueatur. iure igitur suspicio oritur huius familiae prope radicem ipsam contaminatione adfectam. quod re vera evenisse ex his perspicitur.

ω + C

137 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xxxviii–xxxix.

Ac primum, quod ad **P** attinet, omissis aliquot exemplis de quibus Klotz non recte rettulit adfero locos ubi **P** vel **P**^{1} reapse consentit et in vero et in erroribus cum **C**; qui sunt,

13, 158 *esset et* **C**^{v}**C**^{ii}(=**D**^{2}) : *esset* * * (*et* eras. videtur) **P** : *esset* **GEH**; 19, 235 *iaciebant* **C**^{v} : * *ai* * *e*|*bant* (*iaciebant* fuisse videtur) **P** : *aiebant* **EH** : *aieba*^{nt} (*nt* pallido atramento) **G**; 36, 480 *potes* **P**^{2}**GEH** : *potest* **C**^{v}**P**^{1}; ib. 480 *calcitrat* **P**^{2}**GEH** : *calcitat* **C**^{b}**P**^{1} : *calciat* **Π**; 51, 678 *L·* **Π**(?)**P**^{2}**GEH** : om. **C**^{v}**P**^{1}; 65, 881 *magis* **C**^{v}**C**^{b}**P**^{1} : *meliori* **P**^{2}**GE** : *meliori magis* **H**.

hic igitur in re concessa versamur.

Atque idem de stirpis **y** codicibus, i. **y-mGE** (recentiores **AJ** hinc fere amoveo, utpote quorum incerta sit causa) et **y-oF**, valet. ac profecto codices **GE** satis certa contaminationis indicia his locis prae se ferunt, ut

43, 588 *profusa* **PHG**^{2} : *profluxa* **C**^{v}**G**^{1}**E**; 46, 622 *est paene* **C**^{v}**E FJ** : *es*]*t paene etiam* **Π** : *p*(*a*)*ene est* Non. **PGHA**; 57, 768 *tribuitis* **PHJ** : *tribuistis* **C**^{v}**GEFA**; ib. 779 *isdem in* **PH** : *hisdem* (*iisdem* **G**^{1}) **C**^{v}**G**^{1}**E** : *in iisdem* **G**^{2}; 58, 783 *esse dominae* **H** : *esse domina*|*esse* **P** : *dominae esse* **C**^{v}**G** : plura om. **E**; 66, 902 *reperietur* (*reppe-* **E**) **TPEH** : *reperitur* **C**^{v}**G**; 67, 914 *quam* **T**^{s}**PGH FA** : *quem* **C**^{v}**EJ**.

eodem referendum quod corrector **G**^{2} contra coniunctam reliquorum familiae **ω** codicum auctoritatem unus genuina servat. velut 52, 689 **G**^{2} una cum **C** *ad L· luccei* (*luceii* **G**^{2}) solus tradit, **P**^{2}**G**^{1}**EH** *ad L· lucullum* praebent, **P**^{1} *a* * *l· luculum.* quod si hoc loco eum suo Marte verum invenisse putas, idem miro modo praebet **F** qui *lucii vel leceii* exhibet, corruptum id quidem, sed tamen idem atque **G**^{2} est. eodem spectare videtur 54, 722 ubi *non* **ΠPG**^{1} **EH** : om. **C**^{v}**C**^{ii}(=**d**)**G**^{2}.

Certius de genere **y-oF** iudicare licet. nam codex **F** tam saepe impressa scripturae **C** vestigia exhibet ut nulla dubitatio relinquatur quin varietas **C** in codice **y** saltem passim per totam orationem dispersa fuerit. longum est au-

tem omnes enumerare locos. itaque ex longa admodum serie pauca exempla hic adferre placet, plura si quis desiderat in apparatu critico inveniet. verum vide haec,

13, 160 *ac flectere* **PGH** : *afflectere* **E** : *et flectere* $\mathbf{C^v}$**F**; 18, 214 *iam in hac* **PGEH** : *in hac* $\mathbf{C^v C^b}$**F**; 33, 420 *illa* $\mathbf{C^v C^b}$**F** : *ex illa* **PGEH**; 49, 650 *gerat* $\mathbf{C^v}$**F** (vide ne una cum hoc ex eodem fonte ducendum sit praecedens *faciat*, quod solus **F** habet; v. app. cr.) : *geret* **PGEH**; 52, 683 *quam ad rem* $\mathbf{P^2}$**GEH** : *quam ob rem* $\mathbf{C^v}$**F** : plura om. $\mathbf{P^1}$; 66, 904–905 *testis iudices* $\mathbf{T^s C^v}$**F** : *iudices testis* **PGEH**; 72, 976 *instituimur* **PGE** : *instruimur* $\mathbf{C^v}$**F**.

haec igitur in **o** nisi ex **y** manaverint, unde provenerint aegre cernitur. denique tertiae stirpis codicem **H** simili nexu coniunctum esse cum **C** supra ad **H** (cap. ii) commemoravimus.

Itaque de universa re dubitari nequit. his saepius perpensis tamen non putaverim ipsum archetypum **ω** istam contaminationem contraxisse sed inferius originem eius repetendam esse, fortasse ex codice illo insulari litteratura scripto de quo disputavit Klotz (v. cap. ii).[138] quae si recte observarimus, vide ne hac observatione uti liceat in diiudicando utrum corrector $\mathbf{P^2}$ de suo confusionem illam §§ 17–36 sustulerit an codice aliquo adiutus rectum orationis ordinem invenerit. hoc potius quam illud evenisse crediderim memorax necessitudinis quae inter $\mathbf{P^2}$ et **y** intercedat. nam Cluniacensem illa transpositione non laborasse certum.

Haec sufficiunt. de codicibus quantum praesens usus postulat satis egimus. iam huic praefatiunculae fastigium imponamus necesse est.

Ex his igitur quae in hac Praefatione exposui sequitur officium recensendi in eo versari ut in Vatiniana cogno-

138 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio ix–x; xxxix–xl.

scatur quid fuerit in ω adscito ubi exstat testimonio scholiastae Bobiensis (*Schol.*), in Caeliana quid steterit in ω et, quoad fieri potest, in deperdito **C** ratione habita particularum orationis in palimpsestis **TA**^{p} papyroque **Π** servatarum. quamnam in una quaque codicum familia rationem secuti ad hunc finem pervenire possimus satis supra dictum. sed de universa ratione critica idem sentio quod post Th. Zielinski[139] pronuntiavit A. Klotz:[140] 'eligendas esse lectiones e libris manu scriptis non ex singulorum codicum aut unius familiae auctoritate, sed quolibet loco aestimandas esse ratione habita usus Ciceroniani.'

In apparatu critico constituendo id maxime curavi ut perspicuitati consulerem. cum vero codicis **H** testimonium lacunosum sit, codicis **C** parum plenum, rescriptorum **TA**^{p} papyrique **Π** incertum, id aliter effici non potuit quam ut testium **PGEH** et quantum fieri posset **C**, **T**, **A**^{p}, **Π** plenam scripturae varietatem lectori exhiberem. codicum recentioris aevi varietatem, qui sunt in Vatiniana **A**, **J**, **S**, in Caeliana cum **v**, **h**, **F**, **A**, **J**, (**w**) tum alii, singulis locis, prout e re videbatur, enotavi.

Res orthographicas ita tractavi ut quid quoque loco antiquitus traditum esse videretur in textum reciperem. in eo negotio ducem habui codicem **P** qui in antiquo usu conservando tantum ceteris praestat ut plerumque nihil obstet quin eius imago in textu repraesentetur. itaque ubi in apparatu critico siletur scito me omissis levibus quibusdam medii aevi scripturis lectionem **P** presse sequi. omnino res parum est explorata quam ut aut singulis locis nixi aut iis quae de Ciceronis pronuntiatione scribendive

139 V. Th. Zielinski, Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904, 216–218.

140 Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio xl.

ratione ad posteritatem propagata sint commoti omnia ad unam constantemque normam redigeremus. tantum quidem certum, continuam scribendi aequabilitatem numquam fuisse neque liberae rei publicae aetate neque imperatoria. praeterea id quoque patet, varietatem scribendi qualem in medii aevi libris manu scriptis offendamus duas res effecisse videri, primum quod multa librarii solita incuria peccavissent, plura etiam, id quod maioris momenti est, ex oris vitio vel potius ex sua pronuntiandi ratione mutata in textum intulissent. his spretis, utpote quisquiliis, sunt tamen de quibus pauca universe adnotare operae pretium videatur. in verbis cum praepositionibus compositis eam legem mihi scripsi ut et formas adsimilatas et non adsimilatas in textum admittere non dubitarem.[141] in accusativis pl. vocum quarum genetivi pl. in *-ium* exeunt cum codex **P** non minus saepe *-is* quam *-es* praebeat, eandem inconstatiam exprimendam optimum factu mihi visum est.[142] contra genetivos sing. substantivorum in *-ius*, *-ium* desinentium saepe vel contra codicum auctoritatem simplici *-i* scripsi.[143] in quo id laetor quod me haud semel testimoniis antiquissimorum testium confirmatum video, ut v. c. *Vat.* 11, 134 *praemi* ante corr. Schol. **P**[1]; *Cael.* 38, 513 *fili* **T**; 73, 784 *offici* **A**[p]; 74,

141 Cf. C. D. Buck, Notes on Latin Orthography, CR 13, 1899, 116–119. 156–167; O. Prinz, Zur Präfixassimilation im antiken und im frühmittelalterlichen Latein, Archivum Latinitatis Medii Aevi 21, 1951, 87–115 et 23, 1953, 35–60.

142 V. A. Ernout, Morphologie hostorique du latin, Paris [3]1953, 53–54; F. Neue–C. Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache 1–4, Leipzig 1892–1905, 1, 375 sqq. et 2, 60 sqq. (infra = N.–W.).

143 Cf. M. Leumann, Lateinische Laut- und Formenlehre, München 1977, 424–425; N.–W. 1, 134.

994–995 *benefici* et *malefici* A^pP. altera ex parte non erat cur *Cael.* 65, 894 *aulaeum* contra coniunctam codicum C^bPGEH fidem qui *auleum* exhibent scriberem (cf. TLL II 1459, 75), quod tamen priores fecerunt. quod ib. *scabilla* recepi, idem testatur Quint. *inst.* 1, 4, 12. auctoritate P nisus orthographiam *Baiiae* restitui *Cael.* 27, 347 *ba***ias* P et 35, 460 *baias* (*-ai-* in ras.) P, codicibus repugnantibus 38, 517; 47, 632; 49, 649 (cf. Quint. *inst.* 1, 4, 11 *sciat ... Ciceroni placuisse 'aiio Maiiamque' geminata i scribere*).[144] *Cael.* 80, 1071 non servavi genetivum *spes* (cf. app. cr.), propterea quod testem C^b cuius fide traditur non tanti in talibus esse aestimandum putavi.

Separatim adnotanda haec:

ap-, *op-*, *sup-* in compositis servavi.[145] (a) *ap-*:[146] *aps te* P *Vat.* 11, 139; P 13, 164; P 33, 434. sed *abs te* PGE (cf. app. cr.) *Vat.* 42, 548; PGEH *Cael.* 50, 658; PGEH ib. 660. *apsunt* P *Cael.* 26, 329. (b) *op-*:[147] *opsederis* P *Vat.* 23, 294; *-disse* P (cf. app. cr.) 40, 534; *optegatur* PH *Vat.* 11, 136; *opterendae* PG^1EH *Cael.* 46, 620; *optestor* P *Cael.* 78, 1043; *optigisset* PH *Vat.* 12, 143; *optinebat* PE *Vat.* 25, 329; H *Cael.* 10, 119. sed *Cael.* 72, 981 *optimi* A^sGE : *obtumi* P. (c) *sup-*:[148] *suptiliter* P *Cael.* 25, 313.

c, *qu*, *q*:[149] *cocos* PGE *Vat.* 32, 411; *cui*] *qui* C^v (i. *q-* pro *c-* scriptum videtur)[150] *Cael.* 77, 1025; *cur*] *qur* P *Cael.* 64, 871; 66, 894. 897; *loquuntur*] *loquntur* P *Cael.* 47, 632. 633; *relicuom* A.

144 Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio lii.

145 Cf. R. Kühner – F. Holzweissig, Ausführl. Gramm. d. lat. Spr. 1, Hannover ²1912, 197–198 (sub K.–H. infra citati).

146 V. N.–W. 2,827: *abs*; 2,847: *ab* ante *s*.

147 V. N.–W. 2,815 sqq.: *ob* ante *s*, *t*.

148 V. N.–W. 2,909–910: *sub* ante *t*.

149 V. W. Brambach, Die Neugestaltung der lateinischen Orthographie, Leipzig 1868, 219–237; K.–H. 1,30–33

150 V. N.–W. 2, 454.

Kl.][151] *relicu*]|*um* **Π** : *reliquom* **P** *Cael.* 37, 503; *-cuum* **P** 56, 752; *-cuus* **P**[1] 51, 673.

est copulae aphaeresim, quae scribendi ratio a **P** saepius servata legitur, non recepi. pondus aliquod habere videtur quod *Cael.* 66, 904 palimpsestus **T** habet *traducta sunt est* ubi *sunt* punctis supra positis sustulit **T**[2], unde archetypum *traductast* legisse recte monet Klotz.[152]

h in aspiratione:[153] *brachium* **C**[b]**PGEH** *Cael.* 11, 128; *chart*(*a*)*e* Prisc. **ΠC**[v]**C**[b] : *carthae* **TP** : *cart*(*a*)*e* **GEH** *Cael.* 40, 539; *gracchorum*] *craccorum* **P**[1] : *cracchorum* **P**[2] *Vat.* 23, 290; *ornatum*] *hornatum* **T** *Cael.* 39, 535; *pulchritudinem*] *pulcritudinem* **GE** *Cael.* 42, 559; *pyrrhi* **C**[b]**P** : *pyrri* **G** : *pirri* **E** : *pirrhi* **H** *Cael.* 34, 446; *scolis* **PGEH** (v. app. cr.) *Cael.* 41, 552.

l et *ll*:[154] *querelas* cum **GEH** scripsi *Vat.* 12, 152, *querelae* cum **GE** (v. app. cr.) *Cael.* 74, 993. quo modo **P** in talibus se gerat ex his perspicitur, ut *Vat.* 31, 403 *milia* **P**[2]**GE** : *millia* **P**[1]; 42, 552 *milonis* **P**[2]**GE** : *millonis* **P**[1].

m et *n*:[155] *m* ante *q* saepe *n* traditum non sprevi, ut *nunquam* **C**[b]**H** *Cael.* 17, 207; *quanquam* **P**[2]**GEH** *Cael.* 16, 201; *tanquam* **C**[b]**G** *Cael.* 79, 1068; *unquam* **GH** *Cael.* 14, 166.

quidquid in priore syllaba per *c* scribi grammatici iubent;[156] sed talia tempore Quintiliani *inter ineptias evanuerunt* (Quint. *inst.* 1, 7, 6). retinui vero *quicquid* **GEH** contra *quidquid* **ΠP** *Cael.* 45, 614; **P**[2]**GE** 75, 1008. cf. etiam *Cael.* 37, 494 *nequiquam* **PG**[2] : *nequicquam* **EH** : ?**G**[1] : *nequaquam* **Π**.[157]

t et *d*:[158] (a) in exitu vocabulorum: *ad*] *at* **P**[1] *Cael.* 25, 314; *ali*

151 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio, xlvii.
152 V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, Praefatio, 1.
153 V. K.–H. 1,44; Brambach 287–294; Cic. *orat.* 160.
154 V. K.–H. 1,208; Brambach 258–260.
155 V. K.–H. 1,201; Brambach 263–266.
156 V. apud N.–W. 2,509–510.
157 V. N.–W. 2,637–638.
158 V. K.–H. 1,35.

quot] *aliquod* **P**[1] *Cael.* 12, 138; **P** 27, 344; *at*] *ad* **P**[1] *Cael.* 57, 770; *atque*] *adque* **Π** *Cael.* 39, 528; **Π** ib. 535; *at sunt*] *ad sunt* **TH** *Cael.* 68, 927; *caput*] *capud* **P**[1]**H** *Cael.* 31, 391; *inquit*] *inquid* **T** *Cael.* 68, 934; *quid*[1]] *quit* **P**[2] : *qui* **P**[1] *Cael.* 36, 474; *quid aut*] *quit* * * *ut* **P**[1] *Cael.* 24, 305; *quod*] *quot* **P** *Cael.* 77, 1035; *sed*] *set* **P** *Cael.* 60, 816. (b) in mediis verbis:[159] *ventitasse*] *venditasse* **P**[1]**E** *Cael.* 26, 326.

t et *tt*:[160] *cotidie* Schol. **PG** *Vat.* 16, 203; **PGH** *Cael.* 34, 447; **PGH** 36, 483; **PG** 47, 627; nusquam *cottidie.*

u et i:[161] a) superlativa per *u* scripta retinui, velut *amplissuma* **P** *Vat.* 26, 347; *castissuma* **P** *Cael.* 9, 107; *integerrumi* **P** *Cael.* 52, 689; *maxuma* **P** *Cael.* 3, 41; *optume* **P** *Vat.* 30, 392; *ornatissuma* **C**[v]**GEH** *Cael.* 5, 59; *probatissumus* ex *probati sumus* **P**[2] *Cael.* 73, 987; *rectissumis* ex *recti|summis* **P**[2] *Cael.* 24, 300; *tristissumis* **P** *Cael.* 27, 342; *vehementissume* **P** *Cael.* 27, 341. b) alia vocabula: *dissuparit* Schol. **P** *Vat.* 34, 441; *existumatis* **P** *Cael.* 9, 104; *integumenta* **ΠPGEH** *Cael.* 47, 635; *lacrumae* **P** *Cael.* 61, 831; *lubido* **PH** *Cael.* 44, 595.

vu et *vo*:[162] (a) in terminationibus[163]: *novom* **P** *Vat.* 33, 428; *relicuom* A. Kl. (v. sub *c, qu, q*) *Cael.* 37, 503. (b) in verborum formis:[164] *mavolt* **H** : *mavo* * * **G**[1] *Vat.* 41, 538; *relinquontur* **P** *Cael.* 32, 404; *voltis* **PGH** *Cael.* 17, 211; **G** 58, 782. (c) praeterea scribendum curavi: *pervolgata* **P** *Cael.* 6, 72; *quom*][165] *quod* **PGE** *Vat.* 34, 450; *revortar* **PG** *Cael.* 6, 64; *rivolus* **P** *Cael.* 19, 243; *volnus* **PH** *Cael.* 15, 187; *-nera* **P** *Vat.* 20, 250; *voltus* **PH**

159 Cf. Quint. *inst.* 1,4,16 *quid t litterae cum d quaedam cognatio? quare minus mirum, si* ⟨*in*⟩ *vetustis operibus urbis nostrae et celebribus templis legantur 'Alexanter' et 'Cassantra'.*

160 V. K.–H. 1,208.

161 V. Quint. *inst.* 1,7,21; N.–W. 2,184 sqq.; Leumann 88–90; Brambach 107–127.

162 Cf. K.–H. 1,121.

163 V. N.–W. 1,105–115.

164 V. N.–W. 3,302 sqq.

165 Cf. N.–W. 2,856.

Vat. 8, 92; *vorsentur* **PG** *Cael.* 57, 777; *vostrum* **P** *Cael.* 17, 212.

y, u, i = Graecum *υ*:[166] *lychnorum* **C**^{v} : *lycno-* **T**^{p} : *lich-* **C**^{b}**PGH** *Cael.* 67, 920; *pyxidem* semper a **P** traditur *Cael.* 63, 859. 862; 64, 873; 65, 883. 886. 891; 69, 937; *sullana* Schol. **PG**^{1}**E** : *syl-* **G**^{2} : *sil-* **H** *Vat.* 23, 292; *tyrannos* **PG** : *ti-* **E** *Vat.* 29, 383.

Dabam mense Ianuario anno MCMXCIV T. M.

166 V. K.–H. 1,25–26; G. Perl, Die Einführung der griechischen Buchstaben Y und Z in das lat. Alphabet, Philol. 115, 1971, 196–233.

INDEX LIBRORVM ET COMMENTATIONVM

Abramius, N., Commentarius in tertium volumen orationum M. T. Ciceronis, Lutetiae Parisiorum 1631

Angelius, N., M. T. Ciceronis Orationes a N. Angelio ... recognitae et excusae, Florentiae 1515

Ascensiana ed., M. T. Ciceronis Opera rhetorica et oratoria nec non orationes, Parisiis apud Iodoicum Badium Ascensium 1531 (non vidi)

Atzert, C., censura editionis A. Klotz (fasc. 23: *Vatin., Cael.,* Lipsiae 1915), DLZ 38, 1917, 1361–66

Augustinus, Ant., v. Ursinum

Austin, R. G., M. T. Ciceronis Pro M. Caelio oratio, ed. R. G. Austin, Oxford [3]1960

Baden, T., Bemerkungen über Cicero's Reden für Sestius und gegen Vatinius, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 3, 1834, 197–203

Baehrens, Ae., Ad Ciceronis Caelianam, RPh 8, 1884, 33–54 et 170

Baiter, J. G., ap. Kayser et ap. Halm[2]

Bake[1], J., Scholica hypomnemata 3, Lugduni Batav. 1844

Bake[2], J., Scholica hypomnemata 5, Lugduni Batav. 1862

Barwes, C., Quaestionum Tullianarum specimen primum ad Caelianam orationem spectans, Gottingae 1868

Baumeister, A., Spicilegium criticum in scriptores graecos et latinos, Particula I, Geraviae 1868

Beroaldus, Ph., Orationes M. T. Ciceronis per Ph. Beroaldum recognitae ac diligenter correctae, Bononiae 1499

Boot, I. C. G., Coniectanea, Études archéologiques, linguistiques et historiques dédiées à Mr. le dr. C. Leemans, Leiden 1885

Bornecque, H., Cicéron, Discours pour Sestius, al., ed. H. Bornecque, Paris ap. Garnier, sine anni nota

Brakman, C., censura editionis A. Klotz (et F. Schöll) (fasc. 21–29, Lipsiae 1914–1917), Museum (Maandblad voor Philologie en Geschiedenis) 25, 1918, 3–8

Busche, K., ap. Peterson

Busche[1], K., Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 153, 1896, 565–573

Busche[2], K., censura dissertationis J. K. Schönberger[1], WKPh 29, 1912, 1423–1427

Busche[3], K., censura editionis A. Klotz (et F. Schöll) (fasc. 21–27. 29, Lipsiae 1914–17) BPhW 37, 1917, 1353–1361 et 1387–1388

Clark, A. C., M. T. Ciceronis Orationes Pro Sex. Roscio, De imperio Cn. Pompei, Pro Cluentio, In Catilinam, Pro Murena, Pro Caelio, rec. A. C. Clark, Oxonii 1905

Cobet, C. G., Ciceronis locus emendatus, Mnem. 7, 1858, 218

Cornelissen, J. J., Coniectanea latina, Lugduni Batav. 1870

Cousin, J., Cicéron, Discours XIV. Pour Sestius, Contre Vatinius, ed. J. Cousin, Paris 1965

Cousin, J., Cicéron, Discours XV. Pour Caelius, Sur les provinces consulaires, Pour Balbus, ed. J. Cousin, Paris [2]1969 (ed. prior [1]Paris 1962)

Cratander, A., M. T. Ciceronis omnia quae in hunc usque diem extare putantur opera in tres secta tomos ... per A. Cratandrum: 2, Basileae 1528

Cremona, V., M. T. Ciceronis in P. Vatinium testem oratio, V. Cremona rec., Sumptibus Arnoldi Mondadori 1970

D'Agostino, V., censura editionis J. Cousin ([1]Paris 1962), Rivista di Studi Classici (Torino) 11, 1963, 218–219

Damstè, P. H., Ad Ciceronis orationem pro M. Caelio annotatiunculae criticae, Mnem. n. s. 36, 1908, 119–125

Drexler, H., Zu Ciceros Rede pro Caelio, Nachrichten von der Akademie der Wissenschaften in Göttingen, Philol.-Hist. Kl., 1944 Nr. 1, Göttingen 1944

Emlein, F., De locis quos ex Ciceronis orationibus in Institutionis oratoriae duodecim libris laudavit Quintilianus, Karlsruhe 1907
Ernesti, J. A., M. T. Ciceronis Opera omnia ex. rec. J. A. Ernesti: 2. 2. Orationes, Oxonii 1810

Francken, C. M., Ciceronis oratio pro Caelio, Mnem. n. s. 8, 1880, 201–229

Garatoni, G., M. T. Ciceronis Opera ex rec. I. G. Graevii cum notis variorum: 10. 8, Neapoli 1787
Goveanus, A., In M. T. Ciceronis orationem in Vatinium testem commentarius, Parisiis 1542
Graevius, J. G., M. T. Ciceronis Orationes 3.1, rec. I. G. Graevius, Amstelodami 1699
Groebe, P., Das Geburtsjahr und die Heimath des M. Caelius Rufus, Hermes 36, 1901
Gruter, J., M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant. Ex sola fere codd. mss. fide emendata studio atque industria J. Gulielmii et J. Gruteri, Hamburgi 1618
Gulielmius, J., v. Gruter

Halm[1], C., M. T. Ciceronis In P. Vatinium testem interrogatio. Explanavit C. Halm, Lipsiae 1845
Halm[2], C., M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia ex rec. I. C. Orellii. Ed. altera emendatior. Opus morte Orellii interruptum continuaverunt I. G. Baiterus et C. Halmius: 2.2, Turici 1856
Harnecker, O., Einiges über M. Caelius Rufus und zu Ciceros Caeliana, BPhW 4, 1884, 225–229
Hartman, J. J., Ad Ciceronis in Vatinium int. § 21, Mnem. n. s. 49, 1921, 245
Havet[1], L., Cicero, *Pro Caelio, § 24*, RPh 17, 1893, 28
Havet[2], L., Cicero, *Pro Caelio, § 25*, RPh 18, 1894, 160–161
Havet[3], L., Manuel de critique verbale appliquée aux textes latins, Paris 1911
Heinze, R., Ciceros Rede pro Caelio, Hermes 60, 1925, 193–258
Heller, J. L., Cicero *Pro Caelio* 55, CP 29, 1934, 141–143
Hermann, C. F., ap. Halm[1]

Hermann, C. F., Parerga, Rhein. Mus. 4, 1846, 439–461
Hervagiana ed., M. T. Ciceronis Opera quae edita sunt hactenus omnia in tomos distincta quattuor: 2, Basileae 1534
Herwerden, H. van, Emendatur Cicero pro M. Caelio § 27, ed. v. Wageningen, Mnem. n. s. 37, 1909, 223
Hofmann, J. B., Szantyr, A., Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965 (ed. corr. 1972)
Holleman, A. W. J., Cicero on the Luperci (*Cael.* 26), L'Antiquité Classique 44, 1975, 198–203
Hotomanus, F., Commentarius in orationes Ciceronis, Parisiis 1554
Housman, A. E., Ciceroniana, JPh 32, 1913, 267–269

Jeep[1], J., Epistula gratulatoria ad I. C. Koken, Guelferbyti 1851
Jeep[2], J., Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 81, 1860, 613–623
Jeep[3], J., Kritische Bemerkungen zu Ciceros Reden, Wolfenbüttel 1863
Jordan, C. A., censura ed. C. Halm[1] (vidi ap. Halm[2] et C. F. W. Müller)
Jordan[2], H., Zur Topographie von Rom, Hermes 2, 1867, 76–81

Karsten, H. T., Spicilegium criticum, Lugduni Batav. 1881
Kasten, H., censura editionis J. Cousin (Paris [1]1962), Gymnasium 70, 1963, 253–255
Kayser, C. L., M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia, ed. J. G. Baiter – C. L. Kayser. Orationes rec. C. L. Kayser: 5.3, Lipsiae 1862
Klotz, A., M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia: 7, rec. A. Klotz, Lipsiae 1919
Klotz[1], A., Zur Kritik einiger ciceronischer Reden (*Pro Caelio* und *de domo*), Rhein. Mus. 67, 1912, 358–390
Klotz[2], A., Der neue Ciceropapyrus, BPhW 34, 1914. 955–960
Klotz, R., M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia: 2.3, Lipsiae [2]1872
Klotz[1], R., censura editionis J. C. Orelli (Turici 1835), Jahrb. f. class. Philol. 22, 1838, 174–175
Koch[1], H. A., Bemerkungen zu Cicero's Reden, Rhein. Mus. 13, 1858, 284–289

Koch[2], H. A., Conjectanea Tulliana, Naumburg 1868
Kraffert, H., Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischen Autoren, Aurich 1883
Krarup, P., censura editionis J. Cousin (Paris [1]1962), Gnomon 35, 1963, 627
Kühner, R., Holzweissig, F., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache: I, Hannover [2]1912
Kühner, R., Stegmann, C., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache: II 1 et 2, Hannover [5]1976
Kumaniecki, K. F., De numeris Tullianis et arte critica factitanda observationes aliquot, Ciceroniana n. s. 1, 1973, 69–82

Lambinus, D., M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino ... ex codicibus manuscriptis emendata et aucta: 2, Lutetiae 1565 (*hanc ed. in app. cito*)
Lambinus, D., M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant, Genevae 1584
Landgraf[1], G., Jahresbericht über Cicero, JAW 35, 1883, 64–65
Landgraf[2], G., Jahresbericht über Cicero, JAW 47, 1886, 244–246
Lehmann, C. A., Quaestiones Tullianae, Hermes 14, 1879, 212–218
Leutsch, E. von, Zu Cicero's Rede für Caelius *et* Cicero und Vergilius, Philol. 25, 1867, 66 *et* 91
Löfstedt, E., Syntactica 2, Lund 1933
Luterbacher[1], F., Ciceros Reden, JPhV 13, 1887, 218–243
Luterbacher[2], F., Ciceros Reden, JPhV 23, 1897, 55–81
Luterbacher[3], F., Ciceros Reden, JPhV n. F. 10, 1922, 78–95

Madvig[1], J. N., Disputationis de Q. Asconii Pediani et aliorum in Ciceronis orationes commentariis appendix critica, locorum Ciceronianorum et Asconianorum emendationes et indices continens, Hauniae 1828
Madvig[2], J. N., M. T. Ciceronis De finibus bonorum et malorum, ed. I. N. Madvigius, Hauniae 1876
Madvig[3], J. N., Opuscula academica, Hauniae 1887
Madvig[4], J. N., Adversaria critica 3, Hauniae 1884
Maggi, A., Cicerone, Orazione 'Pro Marco Caelio', ed. A. Maggi, Milano 1936

Manutius, Aldus nepos, M. T. Cicero Mannucciorum commentariis illustratus antiquaeque lectioni restitutus, Venetiis 1582–83

Manutius, P., M. T. Ciceronis Orationum volumen secundum, Venetiis 1541

Manutius, P., Comment. in M. T. Cic. oratt., ed. Ch. G. Richter, Lipsiae 1783

Maslowski[1], T., The Text of Cicero, *In Vatinium* 3, Philol. 136, 1992, 182–188

Maslowski[2], T., Cicero, *Pro Caelio 31,* AJP 112, 1991, 507–511

Maslowski, T., Cicero's *Pro Caelio*: The First Collation of the Vetus Cluniacensis in Italy in: The Influence of the Classical World on Medieval Literature, Architecture, Music, and Culture, ed. Fidel Fajardo-Accosta, The Edwin Mellen Press, Lewiston–Queenston–Lampeter 1992, 66–90

May[1], J., Bericht über die Literatur zu Ciceros Reden aus den Jahren 1903–1906, JAW 134, 1907, 123–139

May[2], J., Bericht über die Literatur zu Ciceros Reden 1906–1909, JAW 153, 1911, 68–71

Müller, C. F. W., M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia: 2.3, rec. C. F. W. Müller, Lipsiae 1893

Muretus[1], M. A., Variarum lectionum libri XV *in*: M. Antonii Mureti Opera omnia 3, ed. C. H. Frotscher, Lipsiae 1841 (= M. A. Mureti Opera omnia 2, ed. D. Ruhnken, Lugduni Batav. 1789) (*lib. et cap. cito*)

Muretus[2], M. A., Orationum Ciceronis in Catilinam explicatio *in*: M. Antonii Mureti Opera omnia 3, ed. D. Ruhnken, Lugduni Batav. 1789, 521–648 (non vidi)

Muretus[3], M. A., In Ciceronis Philippicas scholia *in*: M. Antonii Mureti Opera omnia 2, ed. D. Ruhnken, Lugduni Batav. 1789, 973–1000

Nägelsbach, K. R., Lateinische Stilistik, Nürnberg [9]1905

Naugerius[1], A., M. T. Ciceronis Orationes, Venetiis 1519

Naugerius[2], M. T. Ciceronis Opera omnia a P. Victorio curata. Secundus tomus Orationes habet ab A. Naugerio ... restitutas, Venetiis 1534

Neue, F.–Wagener, C., Formenlehre der lateinischen Sprache,

4 vol., Lipsiae 1902 – Berolini 1892 – Berolini 1897 – Lipsiae 1905
Nipperdey, C. Opuscula, Berolini 1877
Nisbet, R. G. M., censura editionis J. Cousin (Paris [1]1962), CR 13, 1963, 300–302
Norden, E., Aus Ciceros Werkstatt: III. Zur Komposition der Caeliana, Kleine Schriften, Berlin 1966, 144–164 (= Sitzungsberichte der preussischen Akademie der Wissenschaften 1913, 12–32)

Oetling, G., Librorum manuscriptorum, qui Ciceronis orationem pro Caelio continent, qualis sit conditio, examinatur ..., Gottingae 1868
Orelli[1], J. C., M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia, ed. J. C. Orelli: 2.2, Turici 1826
Orelli[2], J. C., M. T. Ciceronis Orationes Pro M. Caelio Rufo et Pro P. Sestio, ed I. C. Orellius, Turici 1832
Orelli[3], J. C., M. T. Ciceronis In P. Vatinium interrogatio, Turici 1835

Pantagathus, O., ap. Ursinum
Parroni, P., censura editionis J. Cousin (Paris [1]1962), RFIC 93, 1965, 212–214
Peterson, G., M. T. Ciceronis Orationes (*p. red. in sen., p. red. ad Quir., dom., har. resp., Sest., Vat., prov. cons., Balb.*), ed. G. Peterson, Oxonii 1911
Peterson[1], W., Cicero's *Post Reditum* and other Speeches, CQ 4, 1910, 167–177
Peyron, A., M. T. Ciceronis Orationum Pro Scauro, Pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita. Pro Cluentio, Pro Caelio, Pro Caecina ... variantes lectiones ..., ed. A. Peyron, Stuttgardiae et Tubingae 1824
Pluygers[1], W. G., Lectiones Tullianae, Mnem. 10, 1861, 97–112
Pluygers[2], W. G., C. G. Cobet, *Ἀπομνεμονεύματα* G. G. Pluygers ad Ciceronis orationes, Mnem. n. s. 9, 1881, 131–148
Pocock, L. G., A commentary on Cicero in Vatinium, London 1926
Primmer, A., Cicero numerosus, Wien 1968

Rau[1], S. J. E., Variarum lectionum lib. ad Ciceronis orationes pertinens: 1, Lugduni Batav. 1834
Rau[2], S. J. E., Variarum lectionum ad Ciceronis orationes liber 2, Lugduni Batav. 1842
Reid, J. S., ap. Peterson
Reitzenstein, R., Zu Ciceros Rede für Caelius, Nachrichten von der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philol.-Hist. Kl., 1925, 25–32
Rinkes, S. H., Verisimilia, Mnem. 8, 1859, 441
Romana ed., Romae 1471
Rothstein, M., Catull und Lesbia, Philol. 78, 1922, 1–34

Sauppe, H., Zu Cic. or. pro Caelio, Philol. 19, 1863, 156
Schöll, F., Die Interpolation der Ciceronischen Caeliana, Rhein. Mus. 35, 1880, 543–563
Schöll, F., Zu dem Turiner Cicero-Palimpsest, Rhein. Mus. 50, 1895, 155–158
Schönberger[1], J. K., Tulliana. Textkritische und sprachliche Bemerkungen zu Ciceros Reden pro Sex. Roscio, pro Cluentio, pro Murena, pro Caelio und pro Milone, Diss. Würzburg – Augsburg 1911
Schönberger[2], J. K., Zu Cicero, pro Caelio 24, WKPh 30, 1913, 54–55
Schönberger[3], J. K., Bericht über die Literatur zu Ciceros Reden aus den Jahren 1909–1912, JAW 167, 1914, 301–303
Schönberger[4], J. K., Zu Cic. Cael. 24, PhW 53, 1933, 1104
Schönberger[5], J. K., Zum Texte römischer und griechischer Schriftsteller, PhW 57, 1937, 30–31
Schulze, W., Zur Geschichte lateinischer Eigennamen, Berlin 1904
Schütz, Ch. G., M. T. Ciceronis Opera omnia ac deperditorum fragmenta, rec. Ch. G. Schütz: 8.1, Lipsiae 1814–1823
Schwarz[1], H., Miscellanea philologa, Tubingae 1878
Schwarz[2], H., Coniectanea critica in Ciceronis orationes, Hirschberg 1883
Shackleton Bailey[1], D. R., On Cicero's Speeches, HSCP 83, 1979, 237–285
Shackleton Bailey[2], D. R., More on Cicero's Speeches (*Post Reditum*), HSCP 89, 1985, 141–151

Shackleton Bailey[3], D. R., On Cicero's Speeches: *Post Reditum*, TAPA 117, 1987, 271–280
Shackleton Bailey[4], D. R., Cicero, Back from Exile: Six Speeches upon his Return, tr. D. R. Shackleton Bailey, American Philological Association, nr. 4, The Univ. of Illinois at Chicago, 1991
Spengel, L., Caecilii Statii deperditarum fabularum fragmenta, ed. L. Spengel, Monachii 1829
Stephanus, C., Opera M. T. Ciceronis. Tomus secundus operum ... omnes eius orationes complectens. Lutetiae, cura ... C. Stephani 1554
Stephanus, R., M. T. Ciceronis Opera: ... Orationum volumen tertium, Parisiis. Ex officina R. Stephani 1543
Stock, G., Genethliacon Gottingense, Halis Saxonum 1888, 170–171
Stroh, W., Taxis und Taktik. Die advokatische Dispositionskunst in Ciceros Gerichtsreden, Stuttgart 1975
Sydow[1], R., Kritische Beiträge zu Cicero, Hermes 65, 1930, 305–321
Sydow[2], R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Rhein. Mus. 91, 1942, 353–365

Thesaurus Linguae Latinae, Lipsiae 1900–
Thomas, E., censura editionis A. C. Clark (Oxonii 1905), Revue critique d'histoire et de littérature 61, 1906, 282–284
Turnebus, A., Adversaria, Parisiis 1564–1565

Ursinus, F., In omnia opera Ciceronis notae (coniecturae Pantagathi et Augustini ex cod. Vat. lat. 3391 sumptae), Antverpiae 1581 (repetitae ap. Lambinum, ed Genevae 1584)

Veneta ed., Venetiis 1471
Verdière, R., censura editionis J. Cousin (Paris [1]1962), Latomus 21, 1962, 862–863
Vollenhoven, H., Disputatio literaria de emendatione aliquot locorum orationis Tullianae pro M. Caelio Rufo, Lugduni Batav. 1889
Vollgraff, I. C., M. T. Ciceronis Pro M. Caelio oratio ad iudices, rec. I. C. Vollgraff, Lugduni Batav. 1887

Wageningen, J. van, M. T. Ciceronis Oratio pro M. Caelio, rec. I. van Wageningen, Groningae 1908
Warmington, E. H., Remains of Old Latin 1: Ennius and Caecilius, ed. E. H. Warmington, Loeb Class. Libr. ²1956
Watt, W. S., Tulliana, CP 78, 1983, 226–231
Weiske, B., M. T. Ciceronis Orationes octo selectae *Pro Caec., Cluent., de lege agr. or. II, pro Planc., Coel., Balb., Rab Post., Phil. I,* animadvv. in us. schol. illustr. a B. Weiske, Lipsiae 1806
Wesenberg[1], A. S., Kritiske Bemaerkninger til M. Tullius Ciceros Tale for M. Caelius, Viburgi 1836
Wesenberg[2], A. S., Observationes criticae in M. T. Ciceronis pro P. Sestio orationem, sive censura tertiae editionis Orellianae, Viburgi 1837
Wiseman[1], T. P., Cinna the Poet, Leicester University Press 1974
Wiseman[2], T. P., Cicero, *pro Caelio* 47: a matter of punctuation, Liverpool Classical Monthly 9, 1984, 12
Wrampelmeyer[1], H., Librorum manuscriptorum, qui Ciceronis orationes pro Sestio et pro Caelio continent, ratio qualis sit, demonstratur, Detmoldiae 1868
Wrampelmeyer[2], H., Codex Wolfenbuttelanus Nr. 205, olim Helmstadiensis Nr. 304, primum ad complures, quas continet, Ciceronis orationes collatus. Pars I Caelianam spectans, Hannover 1872

Zielinski, T., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

M. TVLLI CICERONIS
IN P. VATINIVM TESTEM ORATIO

CONSPECTVS SIGLORVM

P	codex Parisinus 7794 s. ix$^{med.}$ in urbe Turonum exaratus **P**^{1} = prima manus **P**^{2} = correctiones eiusdem fere aetatis
B	codex Bernensis 136 s. xii Floriaci ad Ligerim e cod. **P** correcto descriptus perraro ad firmandam manum **P**^{2} in app. cr. exhibitus, semper tacite adhibitus
G	codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) s. xi$^{in.}$ Gemblaci compactus **G**^{1} = prima manus **G**^{2} = correctiones paulo recentiores
E	codex Berolinensis lat. fol. 2° 252 (olim Erfurtensis) s. xii^{in} Corbeiae novae concinnatus
H	codex Harleianus 4927 s. xii$^{med.}$ in media Francia scriptus in quo oratio decurtata exstat
	Accedit codex stirpis **y** continens §§ 1–34 *diligentia* ab Italo quodam in Italiam ante a. 1416 adportatus, cuius lectionem cum alii libri praebent tum hi:
A	codex Med. Laur. 48. 10 a. 1416 Florentiae a Ioanne Arretino scriptus
J	codex Med. Laur. 48. 11 c. aa. 1410–20 Florentiae a Poggio exaratus
S	codex Monacensis 15734 (olim Salisburgensis) c. aa. 1465–70 Florentiae a Bastiano Foresi conscriptus (codicum **JS** non nisi non nullae lectiones ab **A** discrepantes in app. cr. laudantur)
Schol.	Scholia Bobiensia
ed. V.	editio Veneta 1471

ed. R. editio Romana 1471
ed. Asc. editio Ascensiana 1531
ed. Herv. editio Hervagiana 1534

NOTAE

Ang.	Angelius	*K.–S.*	Kühner–Stegmann
Ba.	Bake	*Lb.*	Lambinus
Bai.	Baiter	*Luterb.*	Luterbacher
Ber.	Beroaldus	*Man.*	Manutius
Bu.	Busche	*Mdv.*	Madvig
Crat.	Cratander	*Mue.*	C. F. W. Müller
Crem.	Cremona	*Naug.*	Naugerius
Ern.	Ernesti	*N.–W.*	Neue–Wagener
Gar.	Garatoni	*Or.*	Orelli
Gov.	Goveanus	*Pant.*	Pantagathus
Gul.	Gulielmius	*Pet.*	Peterson
Ha.	Halm	*Pluyg.*	Pluygers
Herm.	Hermann	*Poc.*	Pocock
Hot.	Hotomanus	*Schoen.*	Schönberger
H.–S.	Hofmann–Szantyr	*Schue.*	Schütz
Kays.	Kayser	*Sh. B.*	Shackleton Bailey
K.–H.	Kühner–Holzweissig	*TLL*	Thesaurus Ling. Lat.
A. Kl.	Alfr. Klotz	*We.*	Wesenberg
R. Kl.	Reinh. Klotz	*Zie.*	Zielinski

TESTIMONIA

Cic. ad Q. fr. 2, 4, 1 (scr. Romae medio m. Mart. a. 56) Sestius noster absolutus est a. d. II (V G) Id. Mart. et, quod vehementer interfuit rei publicae, nullam videri in eius modi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est. illud quod tibi
5 curae saepe esse intellexeram, ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum, qui nos ingratos esse diceret nisi illius perversitatem quibusdam in rebus quam humanissime ferremus, scito

hoc nos in eo iudicio consecutos esse ut omnium gratissimi iudicaremur. nam defendendo moroso homini cumulatissime satis
10 fecimus et, id quod ille maxime cupiebat, Vatinium, a quo palam oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus dis hominibusque plaudentibus.

Cic. fam. 1, 9, 7 (scr. Romae m. Dec. a. 54) ego sedente Cn. Pompeio, cum ut laudaret P. Sestium introisset in urbem dixissetque testis Vatinius me fortuna et felicitate C. Caesaris commotum illi amicum esse coepisse, dixi me M. Bibuli fortunam,
5 quam ille adflictam putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre, dixique eodem teste alio loco eosdem esse qui Bibulum exire domo prohibuissent et qui me coegissent. tota vero interrogatio mea nihil habuit nisi reprehensionem illius tribunatus. in qua omnia dicta sunt libertate animoque maximo de vi, de au-
10 spiciis, de donatione regnorum, neque vero hac in causa modo sed constanter saepe in senatu.

Quint. inst. 5, 7, 6 interim adversus singulos derigitur actio, quod insectationis genus et permixtum defensioni legimus in orationibus plurimis et separatim editum, sicut in Vatinium testem.

Schol. Bob. p. 170, 6 Stangl erat alia praeterea interrogatio testium, sicut ipse M. Tullius P. Vatinium olim testem interrogavit; proprie namque interrogatio dicebatur qua testes redarguebantur.

1 Si tua tantum modo, Vatini, quid indignitas postularet
1 spectare voluissem, fecissem id quod his vehementer placebat, ut te cuius testimonium propter turpitudinem vitae sordesque domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. nemo enim horum aut ita te refutandum ut 5 gravem adversarium aut ita rogandum ut religiosum testem arbitrabatur. sed fui paulo in te intemperatior fortasse quam debui. odio enim tui, in quo etsi omnis propter tuum in me scelus superare debeo, tamen ab omnibus paene vincor, sic sum incitatus ut, cum te non minus con- 10 temnerem quam odissem, tamen vexatum potius quam
2 despectum vellem dimittere. qua re ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere, quod interrogem quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo civitate,

Inscr. INCIPIT IN ·P· VATINIVM TESTEM **P** : M · TVLLII · CICER(onis) IN VATINV(um) INCIP(it) ORATIO **G** : Incip(it) oratio · **M** · **T** · Ciceronis in Vatinum **E** : INCIPIT IN VATINIV(m) teste(m) **H** : M. TVLLII CICERONIS ORATIO IN VATINIVM TESTEM INCIPIT FELICITER **A** *cf. Quint. inst. 5, 7, 6* separatim editum *insectationis genus* sicut in Vatinium testem

1 tua **GEHA** : *om.* **P** *Pet.*[1] *173* | quid **PGHA** : quae id **E** || **2** id **GEH** : id∗ (idem *fuisse videtur*) **P** | placebat **PGHA** : placeat **E** || **3** cuius **PGHA** : cui **E** || **5** aut **PGE** : *om.* **HA** | ut **GEH** : ∗ut **P** || **6** ita **GHA** : ira **E** : *om.* **P** || **7** in te **HA** : ante **PGE** : ante in te *Lb.* | intemperatior **PG** : -antior **EH** || **8** omnis *ex* onis **P**[2] || **10** contemnerem **GE** : contempnerem **PH** || **13** me haberi *ex* meb ehaberi **P**[2] ||**14** suffragio nemo *ex* e suffragioneo **P**[2]

15 nemo luce dignum putet, nulla me causa inpulisset, nisi ut ferocitatem istam tuam comprimerem et audaciam frangerem et loquacitatem paucis meis interrogationibus inretitam retardarem. etenim debuisti, Vatini, etiam si falso venisses in suspicionem P. Sestio, tamen mihi 20 ignoscere, si in tanto hominis de me optime meriti periculo et tempori eius et voluntati parere voluissem. sed heri 3 te pro testimonio esse mentitum, cum adfirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de Se-

15 me **P²G²** : mea (me* **P**)**P¹G¹EHA** : me alia *coni. Gar. coll. fam. 12, 2, 1* nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur nisi ut in me *sqq.* | inpulisset **E** : im- **PG** : ī- **H** || 17 paucis meis **P** : paucissimis **GEHA** || 19 venisses **PGHA** : -isset **E** || 20 periculo **GEHA** : -um **P** || 21 eius **PGHA** : *om.* **E** | parere *ex* pare **P²** | sed **PGHA** : si **E** || 21–22 heri te *ego*¹ : hesterno **PGEHA** : ⟨te⟩ hesterno *Lb.* : ⟨te⟩ hesterno ⟨die⟩ *in adn. Lb.* : hesterno ⟨die⟩ *Schue.* : ⟨te die⟩ hesterno *Mue.* : hesterno ⟨die te⟩ *A. Kl.* : hesterno *pro adv. accepto* te *ante* esse *add. Crem. quo de loco Madvigio plura disserenti in Ad virum celeber. Io. Casp. Orellium epistola critica, Hauniae 1828, 60, hoc concedendum* hesterno *cum* testimonio *iungi non licere, idque propter formulam qualis est* pro testimonio *quam commutari vel augeri usus loquendi non patitur. quod vero Crem.* hesterno *pro adv. intellegit, in eo nititur locis item a Mdv. adlatis ubi advv. in* -o *exeuntia ex vulgari sermone in scribendo servata inveniuntur, velut* cotidiano (*Verr. II 4, 18; rep. 6,2*), repentino (*Quinct. 14*); *in primis autem videndus Sisenna, Miles. 2 Peter*² (= *Charisius p. 260, 22 Barwick*), *non multum a Cic. aetate remotus,* te istic hesterno quaesisse oportuerat; *cf. etiam K.–H. 1004. sed et sic quidem valde dubitandum num* hesterno *apud Cic. eodem modo nobis tractare liceat* (*cf. TLL VI 3, 2670, 6*) || 23 albinovano (albino vano **PG²**) **PHG²A** : albino vario **G¹E**

stio accusando, sed nulla unquam de re fuisse, paulo ante inprudens indicasti, cum et T. Claudium tecum communi- 25 casse et a te consilium P. Sesti accusandi petisse et Albinovanum quem antea vix tibi notum esse dixisses, domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris, denique contiones P. Sesti scriptas, quas neque nosset neque reperire posset, te Albinovano dedisse easque in hoc 30 iudicio esse recitatas. in quo alterum es confessus, a te accusatores esse instructos et subornatos, in altero inconstantiam tuam cum levitate, tum etiam periurio inplicatam refellisti, cum quem a te alienissimum esse dixisses, eum domi tuae fuisse, quem praevaricatorem esse ab 35

24 nulla **PGEHA** : ulla *Naug.*[1] *at cf. Caecin. 51* neque verborum tanta copia sit non modo in nostra lingua ... sed ne in alia quidem ulla *ubi observanda coacervatio negationum. cf. Mdv.*[3] *394 et K.–S. II 2, 64* | unquam **H** : um- **PGE** || **25** indicasti **PGEA** : iudicasti **H** | cum et *Ha.*[2] *coll. infra v.* **34–37** refellisti, cum ... dixeris dedisse: * * et (cum *eras. videtur et* et *in ras.*) **P**[1] : et *sine ras.* **HA** : quia et **P**[2]**B** : qui et vel quia **GE** : qui et *Naug.*[1] | claudium *ex* cludium **P**[2] || **25–26** communicasse et *ex* communicasset **P**[2] || **26** albinovanum (albino vanum **P**[1]**E**)**P**[1]**GEH** : albinum vanum **P**[2]**B** || **27** vix tibi **PHG**[2] : vix ti **G**[1] : vinxisti **E** : tibi **A** | dixisses **PHA** : dedisses **GE** || **29–30** quas ... posset *om.* **H** || **30** reperire **PG** : repperire **E** | easque *ex* eas quae **P**[2] | hoc **PG HA** : huius **E** || **31** esse **PGEA** : *om.* **H** | in quo alterum **P**[1] *Mdv.*[3] *395* : in quorum altero **P**[2]**GEH** || **33** implicatam **GE** : inplicam **P** : implicitam **HA** || **34** refellisti **PGEHA** *quod* patefecisti *valere explicat Man. cf. Lig. 16* refellere et coarguere nostrum mendacium : praetulisti *Bu. ap. Pet. coll. S. Rosc. 87* avaritiam praefers (*i. prae te fers*) || **34–37** cum quem ... dedisse *om.* **H** || **34** cum quem **PGA** : cumque **E**

initio iudicasses, ei te quos rogasset ad accusandum libros dixeris dedisse.

2 4 Nimium es vehemens feroxque natura; non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam quod non iucundum 40 et honorificum ad auris tuas accidat. venisti iratus omnibus, quod ego simul ac te aspexi, prius quam loqui coepisti, cum ante Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi atque providi. repente enim te tamquam serpens e latibulis oculis eminentibus, inflato 45 collo, tumidis cervicibus intulisti, ut mihi renovatus ille tuus in to * * *

5 * * * veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarem defenderim, cum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, non numquam, defensio numquam 50 vituperari. sed quaero a te cur C. Cornelium non defenderem; num legem aliquam Cornelius contra auspicia tule-

36 iudicasses **PGEA** *sic cavet orator ne iteretur idem verbum* dixisses; *cf. 42, 548* cum multa in Albinovanum de praevaricatione diceres *et Luterb.*[1] *228* : iudicasse *ex* **34** dixisses *pendens coni. Lehmann 215* (*idem haudquaquam* **35–36** ab initio *sustulit, quod ei iam A. Kl. nuperrimeque Crem. imputat*) | ei **PE** : et **GA** | libros *ex* liberos **P**[2] || **37** dixeris **PEG**[2]**A** : dixieris **G**[1] || **38** nimium **GEHA** : nimi **P**[1] : nimis **P**[2]**B** | es* **P** || **38–39** fas esse **PHA** : esse fas **GE** || **39** ex ore exire **PHA** : exire ex ore **GE** || **40** accidat *Pant. cf. Sest. 107; aliter se res habet Cael. 25, 315* : accidit **P** : accedat **GEA** : accedit **H** || **42–43** cum … diceret *om.* **H** || **45–50** ut … vituperari *om.* **H** || **46** in to **P**[1] : in te **P**[2]**G** **EA** *post has syllabas in* **P** *reliqua columna, i. xxiii versus, et subsequentis paginae duae columnae ad xxxvi versus recipiendos aptae vacuae relictae sunt; nullum lac. vestigium in* **GEHA** || **48** in hac *ex* in ac **P**[2] || **49** qua* **P** || **51** num **PGEA** : non **H**

rit, num Aeliam, num Fufiam legem neclexerit, num consuli vim attulerit, num armatis hominibus templum tenuerit, num intercessorem vi deiecerit, num religiones polluerit, aerarium exhauserit, rem publicam compilarit. 55
tua sunt, tua sunt haec omnia; Cornelio eius modi nihil obiectum est. codicem legisse dicebatur; defendebat testibus conlegis suis non se recitandi causa legisse, sed recognoscendi. constabat tamen Cornelium concilium illo die dimisisse, intercessioni paruisse. tu vero cui Corneli de- 60
fensio displicet, quam causam ad patronos tuos aut quod os adferes? quibus iam praescribis quanto illis probro futurum sit si te defenderint, cum tu mihi Corneli defensio-
6 nem in maledictis obiciendam putaris. ac tamen hoc, Vatini, memento, paulo post istam defensionem meam 65
quam tu bonis viris displicuisse dicis, me cum universi populi Romani summa voluntate, tum optumi cuiusque singulari studio magnificentissime post hominum

52 aeliam **P** : eliam **GE** : heliam **H** | num[2] **PGEA** : n̄ **H** | fufiam **P**[2]**GEHA** : fiam **P**[1] | neclexerit **P** : neg- **GE** : illexerit (*ex* illeserit **H**) **HA** | num[3] **PGEA** : n̄ **H** | consuli **PHA** : -bus **GE** || 54 num[1] **P**[2] **GEHA** : non **P**[1] | vi deiecerit **GHA** : vi deicerit **P** : inde eiecerit **E** || 57–60 codicem ... paruisse *om.* **H** || 57 defendebat *Mdv.*[3] *395; i. ad defensionem adferebat. cf. Mur. 5; Lig. 6. al.* : defendebatur **PGEA** *quod falsum esse* (*fort. ex praecedente* dicebatur *ortum*) *pronomen* se *ostendit* || 58 cau*sa **P** || 60 dimisisse (*ex* dimisse *corr.* **E**) **PEA** : dimis|sisse **G** | intercessioni **P**[2]**EA** : -e **G** : intercessionioni **P**[1] | cornelii **P**[2]**GEHA** : -o **P**[1] || 61 quam **PEHG**[2]**A** : quoniam **G**[1] | patronos **PGEA** : paternos **H** || 64 ac tamen **P**[1] *cf. TLL II 1077, 15* : at tamen **P**[2]**GEHA** *de hac iunctura v. Mdv.*[2] *p. 286 (ad fin. 2, 85)* | hoc **PGH** : huius **E** : haec **A** || 66 tu bonis **P**[2]**GEHA** : *om.* **P**[1] || 68 singulari **P**[2]**GEHA** : -e **P**[1]

memoriam consulem factum, omniaque ea me pudenter
70 vivendo consecutum esse quae tu inpudenter vaticinando
sperare te saepe dixisti.

Nam quod mihi discessum obiecisti meum, et quod 3
horum quibus ille dies acerbissimus fuit qui idem tibi
laetissimus luctum et gemitum renovare voluisti, tantum
75 tibi respondeo, me cum tu ceteraeque rei publicae pestes
armorum causam quaereretis, et cum per meum nomen
fortunas locupletium diripere, sanguinem principum civi-
tatis exsorbere, crudelitatem vestram odiumque diutur-
num, quod in bonos iam inveteratum habebatis, saturare
80 cuperetis, scelus et furorem vestrum cedendo maluisse
frangere quam resistendo. qua re peto a te ut mihi ignos- 7

69–71 omniaque me ... consecutum quae tuum ... dixisti *Schol.*

69 consulem **PGHA** : eos **E** | ea me **EHG**[2] **A** : ea a me **PG**[1] : me *Schol.* | pudenter *Schol.* **PHG**[2] : prudenter **G**[1]**EA** || **70** quae tu inpudenter vivendo consecutum esse *inter* esse *et* quae *del.* **P**[2] | esse **PGEHA** : *om. Schol.* | tu **PGEHA** : tuum *Schol.* || **71** dixisti *Schol.* **GEA** : dix**ti **P** : dixi **H** || **72** mihi **PGEA** : tibi **H** || **72–73** et quod ... fuit *om.* **H** || **72–73** quod horum **PEG**[2]**A** : quorum **G**[1] || **73** qui idem tibi **P**[2]**GEA** : quidem tibi **P**[1] : tibi quidem **H** || **74** laetissimus **PGEA** : letissimum **H** | luctum ... voluisti *om.* **H** || **75** respondeo **PH** *Atzert 1363 coll. Cael. 27, 337* : -bo **GEA** *cf. Mue., Praef. xxviii* || **76** causam **P**[1]**G EHA** : -a **P**[2]**B** | cum **PGHA** : *om.* **E** || **77** principum **GEHA** : prin **P**[1] : *om.* **P**[2]**B** *quod coll.* rei p. sanguine *dom. 124; Sest. 78 placuit Gar. at* principes civitatis *rectius* locupletibus *quam* civitas *opponuntur; cf. Ha.*[1] *p. 45* || **78** exsorbere **P**[2]**E** : exorbere **GH** : exsorrebere **P**[1] || **80** cuperetis **P**[2]**GEHA** : cuperatis **P**[1] | cedendo **GA** : c*edendo **P** : cę- **H** : credendo **E** | maluisse **PGEA** : -issem **H** || **81** a **PGE** : *om.* **HA**

cas, Vatini, ei quod patriae pepercerim quam servaram, et si ego te perditorem et vexatorem rei publicae fero, tu me conservatorem et custodem feras. deinde eius viri discessum increpas quem vides omnium civium desiderio, ipsius denique rei publicae luctu esse revocatum. 85

At enim dixisti non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu laborasse. quasi vero quisquam vir excellenti animo in rem publicam ingressus optabilius quicquam arbitretur quam se a suis civibus rei publicae causa 90
8 diligi. scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, gravis

82 cum et patriae pepercissem serveveram *Schol.*

82 ei quod ... pepercerim quam *A. Kl. cf. 17, 217* quod : et cum ... pepercerim quam (quam **G**^{2} : inquam **G**^{1})**PGE** : cum ... pepercerim quam **HA** : cum et ... pepercissem *Schol.* : ei cum ... pepercerim quam *Pet.*[1] *174. at exspectaveris* quod *potius quam* cum (*cf. TLL VII 1, 319, 10*), *nisi fort. post* ignoscas *subaudiendum est* quod discessi *sim., quod re vera postulat Poc. p. 25* : quod ei ... pepercerim quam *Ha.*[1] : quod ei ... peperci quam *Mdv.*[3] *396* : quod ... pepercerim quam *Lb.; Or.*[3] : cum ei ... peperci quam *Herm. ap. Ha.*[1] *p. 45 dubiam analogiam petens ex Pl. Men. 1031* quom tu liber es, Messenio,/ gaudeo, *ubi* cum *cum indicativo est pro* quod, *ut saepe post laudandi et gratulandi verba, etiam ap. Cic., velut Mil. 99* te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum (*cf. Mdv.*[2] *p. 26* (*ad fin. 1, 10*) *et K.-S. II 2, 329*) | servaram **PGEHA** : serveveram *Schol.* || **83** te **PHA** : *om.* **GE** | perditorem **PGEHA** : proditorem *ed. V.; Reid ap. Pet. coll. fam. 12, 3, 2. at v. Ha.*[1] *p. 46* | me **PGE** : *om.* **HA** || **84** et si ego te perditorem et vexato | rei **P** fero tu me conservatorem *inter* conservatorem *et* et *del.* **P**^{2} | discessum **PGHA** : decessum **E** || **85** increpas **PGE** : increpans **HA** | vides **PHA** : *om.* **GE** || **86** luctu* **P** || **87** at **PGEHA** : ita *Ba.*[2] *212* || **90** arbitretur **P** : arbitraretur **GEHA** | quam **GEHA** : quem **P** || **91** aspera **PGEA** : aspersa **H**

voltus, superba responsa, insolens vita; nemo consuetudinem meam, nemo humanitatem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat; cuius desiderio – ut haec minima
95 dicam – forum maestum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt. sed nihil sit factum mea causa; omnia illa senatus consulta, populi iussa, Italiae totius, cunctarum societatum, collegiorum omnium decreta de me rei publicae causa esse facta fateamur. quid
100 ergo, homo inperitissime solidae laudis ac verae dignitatis, praestantius mihi potuit accidere, quid optabilius ad inmortalitatem gloriae atque in memoriam mei nominis sempiternam, quam omnis hoc civis meos iudicare, civitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctam?
105 quod quidem ego tibi reddo tuum. nam ut tu me carum 9
esse dixisti senatui populoque Romano non tam mea

94–95 cuius desiderio forum mutum fuit *Schol.*

92–93 nemo consuetudinem meam nemo humanitatem **PGE** : nemo humanitatem meam nemo consuetudinem **HA** : nemo mansuetudinem meam n. h. *Or.*[3] || **94** ⟨eius⟩ cuius *Ba.*[2] *212* || **94–95** ut ... dicam *om. Schol.* || **94** minima **PHG**[2]**A** : minica **G**[1] : inimica **E** || **95** m(a)estum **PGEHA** : mutum fuit *Schol.; Luterb.*[3] *83* : mutum *Mdv.*[3] *396. at cf. Rau*[1] *191* | muta **P**[2]**E HG**[2]**A** : multa **P**[1]**G**[1] : maesta *Luterb.*[3] *ib. coll. p. red. in sen. 6; Pis. 32* || **96** factum mea **P**[2]**GEHA** : factumea **P**[1] || **98** totius **P**[2]**G EHA** : tius **P**[1] || **99** esse facta **PGHA** : facta esse **E** || **100** ac vere *ex* aucuere **G**[2] || **102** in **PG**[1]**EH** *cf. Arch. 30* in orbis terrae memoriam sempiternam : ad **A** : *del.* **G**[2] *Mdv.*[3] *396 qui* in *ex prima vocis* memoriam *litt. ortum esse putat* || **103** hoc (haec **A**) civis meos **PGHA** : homines **E** || **104** unius **GEHA** : nius **P**[1] : *om.* **P**[2]**B** | esse **PGHA** : *om.* **E** || **105** reddo tuum **PGEHA** : reddo mutuum *Pluyg.*[2] *141* || **106** romano **P**[2]**GH** : r. **EA** : roma **P**[1]

causa quam rei publicae, sic ego te, quanquam sis omni diritate atque inmanitate taeterrimus, tamen dico esse odio civitati non tam tuo quam rei publicae nomine.

4 Atque ut aliquando ad te veniam, de me hoc sit extre- 110 mum. quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane requirendum: boni viri ⟨quid⟩ iudicent, id est ma- 10 ximi momenti et ponderis. duo sunt tempora quibus nostrorum civium spectentur iudicia de nobis, unum honoris, alterum salutis. honos tali populi Romani voluntate 115 paucis est delatus ac mihi, salus tanto studio civitatis nemini reddita. de te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute expectamus. sed tamen ne me cum his principibus civitatis qui adsunt P. Sestio, sed

117–118 de te ... expectamus *Schol.*

107 quanquam **G** : quam- **PEH** | sis **P**^{2}**GEH** *cf. de orat. 3, 143* : sit **P**^{1} : es *We., Emend. Tusc. I, Viborgi 1841, 11* || **108** diritate **PEHG**^{2}**A** : claritate **G**^{1} | inmanitate **G** : im- **PEH** | teterrimus **PGHA** : deterrimus **E** || **110** hoc sit **PGHA** : sit huius **E** || **111–112** non est sane *ed. V.* : non est sane ⁑ (e *eras.*) **P** : non est sane non est **GEHA** *at cf. Mdv.*^{3} *396* : non sane est *A. Kl.* || **112** ⟨quid⟩ iudicent *Jordan* (quid *ante* boni *add. Gar.*, quod *Pant.*, sed *ed. V.*) : iudicent **PGEHA** *defendit Ha.*^{1} *p. 50; Crem.* : quid dicant *Pet.*^{1} *174* || **115** honos **PHG**^{2}**A** : hoc nos **G**^{1}**E** | tali *edd. Asc. et Herv.* : talis **PGEHA** || **116** *ac **P** | nemini **PGE** : quanto nemini **HA** || **117** autem *Schol.* **PHG**^{2}**A** : hoc **G**^{1} : huius **E** | quid *Schol.* **PEHG**^{2}**A** : qui **G**^{1} | sentiant *Schol.* **GEHA** : sententiant **P** || **118–119** sed tamen ... P. Sestio **PGEJ** : *om.* **HAS** *ed. R.* || **118** ne *Lb.* : de **PGEJ** || **119** sed **PGE** : et **HA**

120 ut tecum, cum homine uno non solum inpudentissimo
* * * atque infimo conferam, de te ipso homine et adro-
gantissimo et mihi inimicissimo quaero, Vatini, utrum
tandem putes huic civitati, huic rei publicae, huic urbi,
his templis, aerario, curiae, viris his quos vides, horum bo-
125 nis, fortunis, liberis, civibus ceteris, denique deorum im-
mortalium delubris, auspiciis, religionibus melius fuisse
et praestabilius me civem in hac civitate nasci an te. cum
mihi hoc responderis, aut ita inpudenter ut manus a te ho-
mines vix abstinere possint, aut ita dolenter ut aliquando
130 ista quae sunt inflata rumpantur, tum memoriter respon-

129–130 ut aliquanto ... rumpantur *Schol.*

120 cum **P** : *om.* **GEHA** | *post* inpudentissimo *membrum correlativum, velut* sed contemptissimo *excidisse statuit Mdv.*[3] *397* : sed etiam sordidissimo *in "Indice" s. v.* sordes *coni. Ha.*[1]*; Pet.* (*cf. leg. 3, 20*) : sed etiam spurcissimo *Crem.* : *spreto supplemento* **P**[2] (*v. sq.*) *lacunae signum ante* inpudentissimo *posuit explevitque* sordidissimo atque infimo conferam, sed etiam *Ha.*[2] : *mutatis* non solum *in* omnium *locum sanare voluit Gov.*, [non] solum *Baden 202* || **121** atque ... arrogantissimo **GEHA** : atque ... abrogantissimo (*ex* abrogatissimo) *in ima pagina add.* **P**[2] : *om.* **P**[1] || **122** mihi **PHA** : *om.* **GE** | quaero **PEHG**[2]**A** : que uero **G**[1] | utrum **PHA** : *om.* **GE** || **123** tandem **PGHA** : eandem **E** || **124** his templis *propter* **126** delubris *del. Sh. B.*[2] *150. at vide ne hic generaliter dixerit orator quod antea demonstrative* | horum bonis **PHA** : bonis horum **GE** || **126** auspiciis *ex* -cis **P**[2] || **127** an te *ex* an *corr.* **H** || **128** hoc **PGH** *de numero sing. cf. 18, 222; 42, 547–548* : huius **E** : haec **A** | *cum* te *in ampliore ras. legatur in* **P**, abs te *pro* a te *coni. Ha.*[2] || **129** aliquando **PGEHA** : aliquanto *Schol.* || **130** ista ⟨ilia⟩ *Ang. at pronomine* ista *Cic. Vatini strumas indicat; cf. etiam Schoen.*[5] *30* | memoriter *ex* meroriter **P**[2]

5 deto ad ea quae te de te ipso rogaro. atque illud tenebri-
11 cosissimum tempus ineuntis aetatis tuae patiar latere. licet inpune per me parietes in adulescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris; habeat hoc praemi tua indignitas, ut adulescentiae turpitudo obscuritate et 135 sordibus tuis optegatur.

Quaesturam petisti cum P. Sestio, cum hic nihil loqueretur nisi quod agebat, tu de altero consulatu gerendo te diceres cogitare. quaero aps te teneasne memoria, cum P. Sestius quaestor sit cunctis suffragiis factus, tunc te vix 140 invitis omnibus non populi beneficio, sed consulis extre-
12 mum adhaesisse; in eo magistratu cum tibi magno clamore aquaria provincia sorte optigisset, missusne sis a me

134–136 habeat hoc praemi (*corr.* -ii) tua dignitas adulescentiae ... sordibus obtegatur || **142–143** in eo ... cum tibi aquaria ... obtigisset *Schol.*

131 ea* **P** | te[1] **PGE** : *om.* **H** | rogaro (*posterius* -r- *ex alia litt. corr.* **E**)**PEHA** : rogavero **G** | tenebricosissimum **PEHA** : tenebrosissimum **GJ** || **132** ineuntis **PEH A** : incunctis **G** | tuae **P**[2]**GEHA** : *om.* **P**[1] || **133** in adulescentia *del. Ba.*[2] *213* || **134** hoc praemi (-ii *corr. Schol.* **P**[2]) *Schol.* **P** *cf. Cluent. 71* hoc consili : hoc praemium **GH** : huius praemium **E** : hoc primum **A** || **135** tua *Schol.* **PGEA** : *om.* **H** | indignitas **PGEHA** : dignitas *Schol.* | ut **GEHA** : *om. Schol.* || **136** tuis **PGEHA** *cf. Crem.* : *om. Schol. pronomen quod praecedit in sententia primaria hic repetitum orationem debilitare nescio an recte moneat Mdv.*[3] *397* : suis *Ba.*[2] *213* || **137–139** quaesturam ... cogitare *om.* **H** || **137** nihil **PGA** : nobis **E** || **139–142** cum P. Sestius ... magistratu *om.* **H** || **140** sit **PG EA** : *aut* esset *legendum aut* tunc *delendum putat Ern.* | suffragiis factus *ex* suffragis factis **P**[2] ||**141–142** consulis extremum adhaesisse **PGA** : consulum adhesisse extremum **E** || **142** magno clamore **PGEA** : *om. Schol.* **H** || **143** sis **EHG**[2]**A** : sit **PG**[1]

consule Puteolos, ut inde aurum exportari argentumque
145 prohiberes; in eo negotio cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares, cumque omnium domos, apothecas, navis furacissime scrutarere, hominesque negoti gerentes iudiciis iniquissimis inretires, mercatores e navi egredientis terre-
150 res, conscendentis morarere, teneasne memoria tibi in conventu Puteolis manus esse adlatas, ad me consulem querelas Puteolanorum esse delatas; post quaesturam exierisne legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio pro consule; cum illud iter Hispaniense pedibus fere con-
155 fici soleat, aut, si qui navigare velit, certa sit ratio navigandi, venerisne in Sardiniam atque inde in Africam, fuerisne – quod sine senatus consulto tibi facere non licuit – in regno Hiempsalis, fuerisne in regno Mastanesosi, venerisne ad fretum per Mauretaniam; quem scias

144 argentumque *ex* -quae **P**[2] || **147** apothecas **GEH** : -tecas **P** || **148** hominesque *ex* -quae **P**[2] | negotii **PG**[1] : negotium **G**[2] : negocia (-tia **H**) **EHA** || **149** terreres **P**[2]**GEHA** : *om.* **P**[1] : teneres *Herm. ap. Ha.*[1] *in app. cr., quod magis convenire putat praecedenti* inretires *et sequenti* morarere : vexares *Ha.*[2] || **150** conscendentis **P**[2]**G**[2] : -es **HA** : conscentis **G**[1] : *om.* **P**[1]**E** | morarere **HG**[2]**A** : morare **P**[1]**G**[1] : morares **P**[2] : *om.* **E** || **151** adlatas **P** : al- **GHA** : ab- **E** || **152–162** post quaesturam ... plebis *om.* **H** || **153** cosconio **P**[2]**GA** : cos·conio **P**[1] : consul conio **E** || **154** pro consule **E** : procos· **PG** : proconsuli(?) *Pet.*[1] *175* | illud **PS** *ed. R.* : illuc **GEAJ** | iter **P**[2]**GEA** : *om.* **P**[1] | fere **P**[2]**GEA** : ferre **P**[1] || **155** soleat **PEA** : soleant **G** | si qui **P**[2]**GE** : si quis **A** : *om.* **P**[1] || **158** mastanesosi (-ę- **P**) **PEA** *quod corruptum esse deque* Massintha *Suet. Iul. 71 cogitandum putat Poc. p. 91* : mastasosi **G** || **159** mauretaniam **J** : mauritaniam **GEA** : mauretiniam **P**

umquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam 160
provinciam pervenisse.

13 Factus es tribunus plebis – quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis sordidissimisque furtis interrogem? quaero aps te primum universe quod genus improbitatis et sceleris in eo magistratu praetermiseris. ac tibi iam 165
inde praescribo ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. ego te quaecumque rogabo, de te ipso rogabo, neque te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham, omniaque mea tela sic in te coicientur ut nemo per tuum latus, quod soles dicere, 170
6 saucietur; in tuis pulmonibus ac visceribus haerebunt. et
14 quoniam omnium rerum magnarum ab dis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas, tu, qui te Pythagoreum soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis inmanibus et barbaris moribus praetendere, quae te 175

167–171 ego te ... saucietur *Schol.* || **173–174** tu ... Pythagoraeum ... dicere *Schol.*

162 es **PEG**[2] **A** : est **G**[1] || **163** flagitiis *ex* -tis **P**[2] | sordidissimisque *ex* -quae **P**[2] || **164** quaero ... universe *om.* **H** | aps te **P** : *om.* **GEA** | primum **PEA** : -o **G** | universae **P** : *om.* **GEA** || **165** ac **PGE** : at **HA** || **165–166** iam inde **PGEHA** : iam ante *Koch*[1] *284 coll. Verr. II 5, 42* ut hoc iam ante confirmem : *oratorem debuisse saltem* iam hinc *scribere putat Mue., Praef. xxix. at codicum lectione notio "iam inde ab hac parte orationis qua de tribunatu tuo ago" intellegenda videtur* || **166** praescribo **GEHA** : per- **P** || **167** splendore *ex* spledore **P**[2] || **169** omniaque *ex* -quae **P**[2] || **170** coicientur *Schol. cf. Cael. 62, 844* : conicientur (-tie- **G**) **PGEHA** || **171–186** et quoniam ... servatum *om.* **H** || **172** dis **P** : diis **GE** || **173** michi *ex* mchi **P**[2] || **174** Pythagoraeum *Schol.* : pathygoricum (pi- **E**) **PGEA**

tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor ut, cum inaudita ac nefaria sacra succeperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manis mactare soleas, auspicia quibus haec urbs condita est, quibus omnis
180 res publica atque imperium tenetur, contempseris, initioque tribunatus tui senatui denuntiaris tuis actionibus augurum responsa atque eius collegi adrogantiam inpedimento non futura. secundum ea quaero, servarisne in eo 15 fidem; num quando tibi moram adtulerit quo minus con-
185 cilium advocares legemque ferres, quod eo die scires de caelo esse servatum. et quoniam hic locus est unus quem tibu cum Caesare communem esse dicas, seiungam te ab illo non solum rei publicae causa, verum etiam Caesaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati
190 aspersa videatur. primum quaero num tu senatui causam

179–180 auspicio contemseris (quibus haec ... tenetur *om.*) *Schol.* || **190–191** primum ... num senatui ... Caesar *Schol.*

177 succeperis **P** *cf. N.–W. 2, 911* : susceperis **GEA** || **178** elicere **GA** : eligere **P** : dicere **E** | extis **P**[2]**GEA** : -os **P**[1] | deos **PG** : deo **A** : duos **E** || **179** auspicia **PE** : -tia **G** : auspicio *Schol.* || **180** initioque *ex* -quae **P**[2] || **181** actionibus **PGA** : auctionibus **E** || **182** eius **PGA** : ei **E** | collegi (-ii **G**[2] **A**) arrogantiam **GEA** : collegia* rogantiam *ubi* **P**[2] *sscr.* ad **P** : collegia arrogantiam **B** || **183** futura **PGEA** : futuram **JS** *Ang.* | servarisne **S** : servarene **PGEA** : servarine(?) *A. Kl.* || **184** num quando *ed. R.* : nunc quando **PGEA** | adulterit **P**[2] : adtolerit **P**[1] : attulerit **GEA** | concilium **P** : consilium **GEA** || **186** hic **PGEA** : *om.* **H** | est unus **PGE** : unus est **HA** || **189** ne qua **PEHG**[2]**A** : neque **G**[1] | dignitati *ex* -e **P**[2] || **190** aspersa (*prius* -s- *in ras.* **P**) **P GE** : aspera **HAJ** : aspergi **S** *ed. R.* | tu **PGEA** : tu* **H** : *om. Schol.*

tuam permittas, quod facit Caesar; deinde, quae sit auctoritas eius qui se alterius facto, non suo defendat; deinde – erumpet enim aliquando ex me vera vox et dicam sine cunctatione quod sentio –, si iam violentior aliqua in re C. Caesar fuisset, si eum magnitudo contentio- 195 nis, studium gloriae, praestans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod in illo viro et tum ferendum esset et maximis rebus quas postea gessit obliterandum, id tu tibi, furcifer, sumes, et Vatini latronis ac sacrilegi vox audietur hoc postulantis, ut idem sibi concedatur 200 7 quod Caesari? sic enim ex te quaero. tribunus plebis fui- 16 sti – seiunge te a consule; collegas habuisti viros fortis novem. ex iis tres erant quos tu cotidie sciebas servare de

203–204 ex iis erant quos cotidie ... de caelo *Schol.*

191 quod *Schol.* **PGHA** : quid **E** | deinde **PGEHA** : denique *Gar. quem consuetudo magis in similibus, velut Phil. 10, 19* postremo – erumpat enim aliquando vera et me digna vox, *quam auctoritas codd. Ciceronisque usus loquendi movet; cf. Ha.*[1] *p. 64* ‖ **194** si iam **PGHA** : suam **E** ‖ **195** ·C· **GA** : ·G· **PEH** ‖ **197** nobilitas **P**[2]**GEHA** : nobilitatis **P**[1] | aliquo **PHA** : aliquando **GE** | in **PGHA** : *om.* **E** ‖ **198** gessit **P**[2]**GEHA** : sit **P**[1] | obliterandum **P**[1]**E** *cf. CIL X 1211,6. 5928, 10* : -litter- **P**[2]**GH** *de promiscua huius verbi scriptura v. TLL IX 2, 104, 76* ‖ **199** vati*ni **P** ‖ **200** hoc **PGHA** : huius **E** | ut idem sibi **GEHA** : ut idem**-sibi **P** *fort.* ut *erasum esse scribendumque* idem ut sibi *susp. A. Kl.* ‖ **202** consule **PGHA** : -ibus **E** ‖ **203–213** ex iis ... vides *om.* **H** ‖ **203** iis *Schol.* **PG** : his **E** | tres **PGEA** : *om. Schol.* | tu **PGEA** : *om. Schol.* | cotidie *Schol.* **PG** : cottidie **E** | sciebas *Schol.* **E** : siciebas **P** : scibas **A** : *om.* **G** ‖ **203–204** servare de caelo *Schol.* **P** : de caelo servare **GEA**

caelo, quos inridebas, quos privatos esse dicebas; de qui-
205 bus duos praetextatos sedentis vides, te aediliciam prae-
textam togam, quam frustra confeceras, vendidisse, ter-
tium scis ex illo obsesso atque adflicto tribunatu

204–205 e quibus hos ... vides *Schol.* ‖ **205–206** te praetextam ... vendidisse *Schol.* ‖ **206–209** tertium ... neminem esse adulescentem consecutum *Schol.*

204 inridebas **P** : ir- **GE** | quos ... dicebas **P**[2]**GEA** : *om.* **P**[1] | de **PGEA** : e *Schol.* ‖ **205** duos **PGEA** : hos *Schol.* | praetextatos **PGA** : pretexatos **E** : praetestatos *Schol.* ‖ **205–206** te ... vendidisse] *haec verba haudquaquam aliud regimen quam quod in contexta oratione inest, i. praecedens* vides, *desiderare similemque enallagen quam* sedentis *et* vendidisse *faciunt alibi quoque, velut Sest. 1, reperiri posse recte monet Gar. quod autem Pet.*[1] *175 haec a Cic. exclamante per parenthesin esse dicta putat, cui sescentis locis ex Cic. prolatis adsentitur Crem., id non tam ab huius loci colore, ut A. Kl. putat, quam ab sensu ipso alienum esse videtur. nam ille infinitivus cum admiratione exclamantis talem fere sensum habet, "credibile est aliquem aliquid facere, fecisse, facturum esse?" quid autem hic admirari attinet Vatinium togam praetextam vendidisse? praeterea exempla illa a Crem. prolata ad unum omnia nihil prorsus probant nisi quod structura illa verborum saepe a Cic. usurpata est, quod quidem inter omnes constat (v. K.–S. II 1, 720)* : ⟨cum⟩ duos ... vides, te ... vendidisse ⟨meministi⟩ *Ba.*[2] *215* : te ... ⟨constat⟩ vendidisse *Bu.*[3] *1360* : tu ... vendidisti *Lb.* : *post* **213** vides *transp. Schue.; Zie. 207. at tum duo enuntiata contrarie inter se relata divelluntur* ‖ **205** aedilitiam praetextam togam **P** : aedilicia (-tia **G**) praetextam togam **GE** : aedilitia praetexta in togam **A** : praetextam togam *Schol. probantibus Rau*[1] *194 et Mdv.*[3] *397. at omisso* aediliciam *acerbissimum illum significatum quo Cn. Domitius et Q. Ancharius praeturam adsecuti esse dicantur, Vatinius autem ne aedilitatem quidem adipisci potuisse tolli iure monet Or.*[3] : aediliciam praetextam *Man.* ‖ **207** scis *Schol. Naug.*[1] : scies **PGEA**

consularem auctoritatem hominem esse adulescentem consecutum. reliqui sex fuerunt, e quibus partim plane tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tene- 210 bant; omnes habuerunt leges promulgatas, in eis multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster, quem tu dirrumperis cum aedilicium vi-
17 des. volo uti mihi respondeas num quis ex toto collegio ⟨contemptis auspiciis⟩ legem sit ausus ferre praeter 215 unum te; quae tanta in te fuerit audacia, quae tanta vis ut, quod novem tui conlegae sibi timendum esse duxerint, id unus tu emersus e caeno, omnium facile omnibus rebus infimus contemnendum, despiciendum inridendum putares; num quem post urbem conditam scias tri- 220

208 hominem **PGEA** : neminem *Schol.* || **210** sentiebant **PGA** : consentiebant **E** || **211** habuerunt *edd. V. et R.* : -erant **PGEA** *at non leges aliquando promulgatae commemorantur, sed eo ipso anno quo tribunatum gesserunt. cf. Mdv.*[3] *397* | in eis *Ha.*[2] : inte is **PEA** : inteis **G** : in his *Naug.*[1] || **212** cosconius **PGA** : consul conius **E** || **213** dirrumperis **P** : dis- **GEA** *de script. v. TLL V 1, 1264, 6* | aedilitium **PG**[2] **A** : aedicilium **E** : aedilium **G**[1] || **214** num quis **GEHA** : nunquis **P** || **215** ⟨contemptis auspiciis⟩ legem *ego; quo suppl. unus archetypi versus expletur; praeterea cf. 14, 179–180* auspicia ... contempseris. *lac. hic statuit A. Kl.* : legem ⟨sine auspiciis⟩ *vel* ⟨auspiciis sublatis⟩ *Bu. ap. Pet.* : legem ⟨inauspicato⟩ *Brakman 4* || **216** fuerit **PGE** : fuit **HA** || **217** quod *Gov.* : cum **PGEHA** *sc. sollemni vocum* quod *et* quom *permutatione* cum *ortum esse videtur; cf. 7, 82* quod. *contra* quom *factum est 34, 450* | novem tui **PGE** : tui novem **HA** | duxerint **PHA** : dixerint **GE** || **218–219** omnibus rebus **P** : omnibus **GHA** : *om.* **E** || **220** putares **PGEHA** : putaris *We.*[2] *46 coll. 14, 175–181* quae te tanta pravitas mentis tenuerit ... ut ... auspicia ... contempseris, initioque tribunatus tui denuntiaris. *at cf. 24, 298* conarere; *26, 341* nominaret; *40, 527* laudares || **220–222** num quem ... caelo *om.* **H**

bunum plebis egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de caelo. simul etiam illud volo uti respondeas, cum 18 te tribuno plebis esset etiam tum in re publica lex Aelia et Fufia, quae leges saepe numero tribunicios furores de-
225 bilitarunt et represserunt, quas contra praeter te nemo umquam est facere conatus – quae quidem leges anno post sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus huius civitatis ac pestibus una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico confla-
230 graverunt –, ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere et concilium convocare; num quem ex omnibus tribunis plebis, quicumque seditiosi fuerunt, tam audacem audieris fuisse ut unquam contra legem Aeliam aut Fufiam concilium advocaret.
235 Quaero illud etiam ex te, conatusne sis, voluerisne, de- **8** 19

227–228 sedentibus ... proditoribus *Schol.*

222–231 cum te ... convocare **PGEA** *ubi* **A** *plus habet quam* **GE** (*v. sq.*) : *om.* **H** || **223** esset ... re publica **PA** : *om.* **GE** || **224** leges **PGA** : *om.* **E** || **226–229** quae quidem ... coflagraverunt *del. Ba.*[2] *216* || **227** post sedentibus **P** : praesidentibus **GEA** | duobus non *Schol.* **P** : non duobus **GEA** || **230** ecquando **P** : haec quando **GEA** || **231** num quem **GEHA** : nunc quem **P** || **232** fuerunt **PGEHA** : fuerint *ed. R. cf. Mdv.*[3] *398* || **233** unquam **H** : um- **PGE** | aeliam **P** : el- **GE** : hel- **H** || **234** advocaret **PGE** : convocaret **HA** *at cf. 15, 184* concilium advocares || **235** quaero **PGEA** : quae vero **H** | illud etiam **PG** : etiam illud **EHA** *cf. 33, 420* quaero etiam illud *sed Sull. 4* quaero illud etiam; *cf. etiam Verr. II 4, 65. 5, 20; har. resp. 62; Rab. Post. 31. quibus locis demonstratur ex solo dicentis mente dependisse videri utrum particulam* etiam *ad verbum an ad pronomen referri vellet. ergo auctoritati codd. parendum (plura de hac re contra Mdv.*[3] *398 disputat Ha.*[1] *p. 69)*

nique cogitaris – est enim res eius modi ut, si tibi in mentem modo venit, nemo sit qui te ullo cruciatu esse indignum putet –, cogitarisne in illo tuo intolerabili non regno – nam cupis id audire – sed latrocinio augur fieri in Q. Metelli locum, ut, quicumque te aspexisset, duplicem 240 dolorem gemitumque susciperet et ex desiderio clarissimi et fortissimi civis et ex honore turpissimi atque inprobissimi; adeone non labefactatam rem publicam te tribuno neque conquassatam civitatem, sed captam hanc urbem atque perversam putaris ut augurem Vatinium 245

239–240 augur ... locum *Schol.*

236 cogitaris *del. Mdv.*[3] *398. at v. Ha.*[1] *pp. 69–70 qui verba* si tibi in mentem modo venit *certam fidem facere illud* cogitaris *antecessisse monet. quod vero post parenthesin repetitum est* **238** cogitarisne *nude pro* sed cogitarisne *sim., quod Madvigio propter illud prius* cogitaris *necessarium videtur, id recte factum esse multis exemplis confirmatur, velut 21, 261–265* cum M. Bibulum consulem ... cum eum tu consulem; *41, 539–546* quaero ... quaero; *Sest. 85* divini hominis ... divini : cogitaris⟨ne⟩ *Kraffert 118. at causam particulae interrogativae omissae ex interiecto* denique *quaerendam esse recte explicat Ha.*[1] *ib. coll. 42, 549–552* dixerisne ... etiam illud dixeris (*non* etiam illud dixerisne); *cf. etiam Mue., Praef. xxix* || **238** in illo **GEHA** : * * * in illo **P** : inquam in illo *Ha.*[2] || **239–240** in Q.Metelli locum *Schol.; Naug.*[2] : in · Q · metello cum **PGE** : · p · q · metello · cum **H** : pro · Q · metello cum **A** *ed. V.* (*similiter ed. R. nisi quod pro* cum ut *legitur* ut cum) || **241** gemitumque *ex* -quae **P**[2] | * * et * ex **P** || **242** et fortissimi **GEHA** *cf. 26, 345* : *om.* **P** *probantibus Ha.*[2] *et Pet.*[1] *175* | inprobissimi **E** : im- **PGH** || **243** labefactatam **PA** : labefactam **GEH** || **245** perversam **P** *cf. 23, 288* pervertere : eversam **GHA** : eũ ã **E** | putaris *Man.* : putares **PGEHA** *quod Gar. haud absurdum videtur ita intellegenti: "tum putares, cum de auguratu cogitabas"*

ferre possemus. hoc loco quaero, si, id quod concupieras, 20
augur factus esses – in qua tua cogitatione nos qui te
oderamus vix dolorem ferebamus, illi autem quibus eras
in deliciis vix risum tenebant –; sed quaero, si ad cetera
250 volnera quibus rem publicam putasti deleri hanc quoque
mortiferam plagam inflixisses auguratus tui, utrum decreturus fueris, id quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse, an,
quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissolu-
255 turus.

Ac ne diutius loquar de auguratu tuo – quod invitus fa- 9
cio ut recorder ruinas rei publicae; neque enim tu um- 21
quam stante non modo maiestate horum, sed etiam urbe
te augurem fore putasti –, verum tamen ut somnia tua re-
260 linquam, ad scelera veniam, volo uti mihi respondeas,
cum M. Bibulum consulem non dicam bene de re publica
sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo
dissensisti, sed hominem certe nusquam progredientem,

246 possemus **PHA** : putemus **GE** | hoc loco **PHG²A** : hoc loquo **G¹** : huius loco **E** || **247** nos **PGE** : nos essemus **HA** || **248** autem **PHG²A** : hoc **G¹** : huius **E** || **249–259** sed quaero ... putasti *om.* **H** || **250** deleri **PGEA** : ⟨posse⟩ deleri *Lb.* : deletum iri *Ern. quae tamen emendationes adeo non necessariae sunt ut glossematum speciem habere videantur. cf. har. resp. 46* a quibus nos defendi (defensum iri *coni. Ha.*) putabamur; *Sest. 114* pestes vexare (⟨posse⟩ vexare *Lehmann*) rem p. dicebantur. *quibus locis infinitivus praesentis pro inf. fut. usurpari videtur* (*cf. H.–S. 357*) || **251** inflixisses **PE** : infixisses **GA** || **252** ab **PGE** *cf. N.–W. 2, 845 sqq.* : a **A** || **258** horum **PGEA** : comitiorum *Hartman. at maiestatem item tribuit Cic. iudicibus S. Rosc. 54* || **261–262** bene de re P· sentientem **PHA** : de r. p. bene sentientem (*ex* sentem **G²**)**GE** || **263** dissensisti **PGHA** : quod sensisti **E** | sed **PGHA** : *om.* **E**

nihil in re publica molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem, cum eum tu consulem in vincula 265 duceres et a tabula Valeria collegae tui mitti iuberent, fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus, per quem consul populi Romani moderatissimus et constantissimus sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum hominum incitata turpissimo miserrimoque spectaculo 270 non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur. 22 quaero num quis ante te tam fuerit nefarius qui id fecerit, ut sciamus utrum veterum facinorum sis imitator an inventor novorum; idemque tu cum his atque huius modi consiliis ac facineribus nomine C. Caesaris, clemen- 275 tissimi atque optimi viri, scelere vero atque audacia tua M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi contineres, cumque non maiestate imperi, non iure legum, sed ianuae praesidio et pa-

266 et a tabula … iuberent *Schol.* || **268–269** consul … moderatissimus sublato auxilio … perditorum *Schol.*

264 in re p. **P** : re p. (· R · P · E : r. p. A) **GEA** : rei p. **H** || **266** et a tabula … iuberent *om.* **H** | a tabula *Schol.* **A** : ab tabula **P** : ad tabula **G**[1] **E** : ad stabula **G**[2] | colleg(a)e *Schol.* **PEG**[2] **A** : -i **G**[1] | mitti *ex* miti **P**[2] | iuberent *ex* iuve- **P**[2] || **267** ante rostra *om.* **H** || **268** consul populi R · *Schol.* : cos. (cons. **GH** *sed* c- *in ras.* G) · P · R · **PGHA** : quos · P · R · **E** | et constantissimus *om.* *Schol.* || **269** vi *Schol.; Naug.*[1] : ut **PG**[1]**EHA** : at **G**[2] || **270** incitata **P**[1] : incitatu **P**[2]**GEA** : -o **H** || **272** qui id **PEHG**[2]**A** : quid **G**[1] || **273** ut **PGEA** : et **H** || **274–283** idemque … posset *om.* **H** || **275** facineribus **P** *cf. N.–W. 1, 276* : facinoribus (*bis* G) **GEA** | nomine **PG** : nomen e **E** : nomen **A** | C. **GA** : G. **PE** || **277** locis … omnibus *del. Ba.*[2] *218* | omnibus **PEA** : * * omnibus (ex *eras. videtur*) **G** || **278** maiestate **EA** : maiestate* (-m *eras.*) **G** : -em **P**

280 rietum custodiis consulis vita tegeretur, miserisne viatorem qui M. Bibulum domo vi extraheret, ut, quod in privatis semper est servatum, id te tribuno plebis consuli domus exilium esse non posset. simulque mihi respon- 23 deto tu, qui nos qui de communi salute consentimus ty-
285 rannos vocas, fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus ex caeno nescio qui atque ex tenebris tyrannus, qui primum eam rem publicam quae auspiciis inventis constituta est, isdem auspiciis sublatis conarere pervertere, deinde sanctissimas leges, Aeliam et Fufiam dico, quae
290 in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in

281–283 ut consuli domus exilium esse non posset *Schol.* || **287** eam rem quae auspiciis constituta est *Schol.*

280 consulis **GEA** : *con sulis* * **P** || **281** domo **EG**[2] : -um **PG**[1] **A** : -u *Pet. coll. Verr. II 5, 128* || **281–282** quod ... plebis *om. Schol.* || **282** id **PGEA** : *del. Gar. probante Mdv.*[3] *399. at tota sententia* **281–283** ut ... non posset *cum Ha.*[1] *p. 76 ita intellegenda est: "ut, quod in privatis semper est servatum, ut iis domus exilium esset, id te tr. pl. consuli esse non posset (h. e. domus exilium)" (seu "id te tr. pl. consuli domus esse (h. e. praebere) non posset (h. e. exilium)." sic inserta sunt sententiae speciali verba* domus exilium *quae iam in sententia generali enuntianda erant* : *verbum excidisse ut legeretur* id te tr. pl. ⟨tolleretur et⟩ consuli *sqq. putat Ern.* | consuli *Schol.; Naug.*[1] : consili **P** : consulis **GEA** || **283** exilium *Schol.* **PGEA** : asylum *Baumeister 4; Sh. B.*[2] *150* || **284** qui[2] *hic* **P**[2]**HA** : *ante* consentimus **GE**, *ubi* qua *ex* qui *corr.* **G**[2] : *om.* **P**[1] || **285** intolerandus **PGHA** : -um **E** || **287** primum **HA** : -am **PGE** | publicam **PGEHA** : *om. Schol.* | inventis **PGEHA** : *om Schol.* || **288** pervertere **PHA** : evertere (eū tere **E**) **GE** *eadem permutatio saepius occurrit; cf. 19, 245* perversam; *prov. 3* perversae || **289** dico **PGEA** : *om.* **H** || **290** gracchorum **GEH** : craccorum **P**[1] : cracchorum **P**[2]

colluvione Drusi et in contentione Sulpici et in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt, solus conculcaris ac pro nihilo putaris, qui consulem morti obieceris, inclusum opsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis, qui in eo magistratu non s⟨olum⟩ emerseris ex men- 295
10 dicitate, sed etiam divitiis nos iam tuis terreas; fuerisne
24 tanta crudelitate ut delectos viros et principes civitatis tollere et delere tua rogatione conarere, cum L. Vettium qui in senatu confessus esset se cum telo fuisse, mortem Cn. Pompeio, summo et clarissimo civi, suis manibus of- 300

292 etiam ... vixerunt *Schol.* || **296–298** fuerisne ... ut delectos viros principes civitatis delere ... conarere *Schol.*

291 colluvione **GEH** : coluvione **P** | sulpici (-ii G^2) **PH** G^2**A** : supici G^1 : supplici **E** || **292** cinnano **PGEA** : cumano **H** | sullana *Schol.* PG^1E : syl- G^2 : sil- **H** || **293** ac P^2**GE** : etac P^1 : et **HA** | nihilo (-ch- **H**) putaris P^2**HA** : nihiloptaris P^1 : nihilo optaris **G** : nichilo optaris quam **E** || **293–318** qui consulem ... delere voluisti *om.* **H** || **293** consulem **PGEA** : consulem ⟨tribunus plebis⟩ *Sh.B.*[4] *232* | morti P^2**GEA** : -em P^1 || **295** non s⟨olum⟩ emerseris *ego* : nonsemerseris P^1 : non emerseris P^2**G** **EA** *fort. recte; cf. nat. deor. 3, 63* ut ... non nomen deorum tribueretur, sed etiam sacra constituerentur; *dom. 62* non instrumentum ..., sed etiam arbores transferebantur. *cf. etiam Herm. 447 et H.–S. 515* : non ⟨modo⟩ emerseris *Ang.* || **297** delectos *Schol.* P^2**GEA** : delictos P^1 | et **PGEA** : *om. Schol.* | civitatis *Schol.* **P** : *om.* **GEA** || **298** tollere et **PGEA** : *om. Schol.* | conarere *Schol.; cf. N.–W. 3, 204–205* : conareris **PGEA** | *edd. omnes usque ad Ha.*[1] *initium totius capitis a verbis* cum L. Vettium *faciebant. rationem sententiarum* **296–306** fuerisne ... praebere voluisti *explicavit distinctionemque verborum corr. Mdv.*[3] *399* | vettium **P** : vectium **GE** || **299** mortem **P** : *om.* **GEA** || **300** · CN · **GE** : · C · N · **P** | pompeio **EA** : ponpeio **P** : pomp*ei *et* o *post* -i *sscr.* **G**

ferre voluisse, in contionem produxeris, indicem in ro-
stris, in illo, inquam, augurato templo ac loco conlocaris,
quo auctoritatis exquirendae causa ceteri tribuni plebis
principes civitatis producere consuerunt; ibi tu indicem
305 Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae
praebere voluisti; dixeritne L. Vettius in contione tua ro-
gatus a te sese auctores et inpulsores et socios habuisse
sceleris illius eos viros quibus e civitate sublatis, quod tu
eo tempore moliebare, civitas stare non posset. M. Bibu-
310 lum cuius inclusione contentus non eras, interficere vo-
lueras, spoliaras consulatu, patria privare cupiebas; L. Lu-
cullum cuius tu rebus gestis, quod ipse ad imperatorias
laudes a puero videlicet spectaras, vehementius invide-
bas, C. Curionem, perpetuum hostem inproborum o-
315 mnium, auctorem publici consili ⟨in⟩ libertate communi

314 C. Curionem ... inproborum *Schol.*

301 voluisse **P** : -isset **GEA** | indicem **PE**G^2**A** : indiem G^1 || **302** conlocaris (col- E) **PE** : collocans **GA** || **305** vettium **P**G^2 : vetrum G^1 : vetonum **E** | menti **PGEJS** *quod significare videtur* dementiae; *cf. Tib. 3, 9, 7* quis furor est, quae mens *et Ov. met. 5, 14; 15, 327* (*sic TLL VIII 720, 2*). *subst. respicere ad* **309** moliebare *arbitratur Gar.; cf. etiam Poc. p. 107.* sceleri et menti *unam notionem, i scelestae menti, efficere putat Ha.*[1] *p. 80* (*cf. Ern.*) *coll. Pis. 46* sua quemque fraus ... de sanitate ac mente deturbat; *Hor. ep. 1, 2, 59* qui non moderabitur irae, infectum volet esse dolor quod suaserit et mens : dementiae *Gul.; Mdv.*[3] *400* : amentiae *Or.*[3] || **306** vettius **P** : vectius **G** : vectium **E** | contione **PGA** : contentione **E** || **311** spoliaras P^2**GE** : -veras **A** : *om.* P^1 | lucullum **PGA** : -us **E** || **315** in *add. Ang.* : *post Gar. lectionem codd. defendit Poc. p. 107 coll. off. 1,5* quis est enim qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere. *at cum*

tuenda maxime liberum, cum filio principe iuventutis
cum re publica coniunctiore etiam quam ab illa aetate
25 postulandum fuit, delere voluisti; L. Domitium cuius dignitas et splendor praestringebat, credo, oculos Vatini, –
quem tu propter commune odium in bonos oderas, in po- 320
sterum autem, propter omnium spem quae de illo est atque erat, ante aliquanto timebas, L. Lentulum, hunc iudicem nostrum, flaminem Martialem, quod erat eo tempore
Gabini tui competitor, eiusdem Vetti indicio opprimere
voluisti; qui si tum illam labem pestemque vicisset, quod 325
ei tuo scelere non licuit, res publica victa non esset. huius
etiam filium eodem indicio et crimine ad patris interitum
adgregare voluisti; L. Paulum qui tum quaestor Macedo-

propter adi. **316** liberum *locutio* libertate ... tuenda *pro abl. limit., non modi, ut Poc. postulat, tum accipienda videatur* (*v. K.–S. II 1, 754*), *non bene se res sine praep. habet*

316 tuenda **PA** : tuenda* (-m *eras. videtur*) **G** : -am **E** || **317** coniunctiore **GA** : coniuntiore **P** : coniunctione **E** | quam **JS** *ed. R.* : cum **PGEA** || **318** domitium (-icium **E**) **PGEA** : domicilium **H** || **319** praestringebat **GEHA** : per- **P** | credo **PGHA** : credos **E** | oculos vatini **PGEHA** *iure defendit Pet. coll. 15, 199* id tu *sqq. et 19, 243* adeone *sqq. cf. etiam Poc. p. 108 coll. Pis. 2* : oculos ⟨tuos⟩ V. *Jordan; Mue.* : oculos Vetti *Ha.*[1] *p. 83* : oculos *Ern.; Mdv.*[3] *400* || **320** tu **PGEHA** : tum *Lb.* || **320–322** in posterum ... timebas *om.* **H** || **321** autem **PG**[2] : hoc **G**[1] : huius **E** : *om.* **A** || **322** ante aliquanto **PGE** : ante aliquando **A** : tandem aliquando *Jeep*[1] *11* || **323–324** quod erat ... eiusdem *om.* **H** || **324** vetti **P**[2] : vetii **G**[1]**E** : vectii **HG**[2] : venti **P**[1] || **325–326** qui si ... non esset *om.* **H** || **325** si tum illam **PGA** : sitiūlā **E** || **328–329** qui tum ... optinebat *om.* **H**

niam optinebat, quem civem, quem virum! qui duo nefa-
330 rios patriae proditores, domesticos hostis, legibus exter-
minarat, hominem ad conservandam rem publicam
natum, in idem Vetti indicium atque in eundem hunc
numerum congregasti. quid ergo de me querar? qui etiam 26
gratias tibi agere debeo quod me ex fortissimorum civium
335 numero seiungendum non putasti.

Sed qui fuit tuus ille tantus furor ut, cum iam Vettius **11**
ad arbitrium tuum perorasset et civitatis lumina notasset
descendissetque de rostris, eum repente revocares, conlo-
querere populo Romano vidente, deinde interrogares ec-
340 quosnam alios posset nominare? inculcarisne ut C. Piso-

329–330 qui duos ... proditores legibus exterminarat *Schol.*

329–330 qui duo ... exterminarat *om.* **H** || **329** duo **PG** *cf. N.–W. 2, 279–283; cf. Luterb.*[3] *83* : duos *Schol.* **E A** || **330** domesticos hostis **PGEA** : *om. Schol.* | exterminarat *Schol.* **PGEA** : exterminar⟨e voluer⟩at *Sh. B.*[2] *150, propterea quod Paulus neque in Catilina neque in Cethego, de quibus hic agi Schol. explicat, id perfecit. at cf. quae de hac re narrantur ap. Sall. Cat. 31. cuius loci ratione habita omnia bene se habere statuas, modo aliquid etiam oratorio sermoni dandum esse concedas* || **332** vetti **P** : vetii **G**[1]**E** : vectii **HG**[2] || **333** ergo **PGEH** : ego **A** *Sh. B.*[4] *232* || **335** putasti **PGE** : putas **HA** || **336** vettius **P** : vectius **GEH** || **337** et *del. Kraffert 118* || **338–340** descendissetque ... nominare *om.* **H** || **338** colloquerere **GEA** : cum loquerere **P** || **339** interrogares **PEA** : rogares **G** | ecquosnam **PG**[2] *ed. R.* : haecquosnam **G**[1]**E** : hic quosnam **A** || **340** posset nominare **PEA** : nominaret **G** | inculcarisne **PE** : inconculcarisne **G** : inculcaris etiam **H** *ed. V.* : inculcarisne etiam **A** *ed. R.* : inculcaresque *vel* inculcares etiam *Ern. at ea quae Vat. inculcavit non ad tempus furoris sed conloquendi pertinent, perfectumque coniunctivi ab subaudito* quaero *pendet* | ·C· **PGHA** : ·G· **E**

nem, generum meum, nominaret, qui in summa copia optumorum adulescentium pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem, itemque M. Laterensem, hominem dies atque noctes de laude et de re publica cogitantem; promulgarisne, inpurissime et perditissime hostis, quae- 345 stionem de tot amplissimis et talibus viris, indicium Vettio, praemia amplissuma; quibus rebus omnium mortalium non voluntate, sed convicio repudiatis fregerisne in carcere cervices ipsi illi Vettio, ne quod indicium corrupti indici extaret eiusque sceleris in te ipsum quaestio flagi- 350 taretur.

27 Et quoniam crebro usurpas legem te de alternis consiliis reiciendis tulisse, ut omnes intellegant te ne recte quidem facere sine scelere potuisse, quaero, cum lex esset aequa promulgata initio magistratus, multas iam alias tu- 355

341 nominaret **PEHG²A** : nomirat **G¹** || **342** pietate **P²GE HA** : pieta **P¹** || **343** ·**M**· **PGHA** : *om.* **E** || **344** atque **PGE** : ac **HA** || **345–348** promulgarisne ... repudiatis *om.* **H** || **345** et perditissime **GEA** *cf. 19,242* : *om.* **P** *probantibus Ha.² et Pet.¹ 175* || **346** amplissimis *del. Lb. in mg. ed. 1584; cf. Sh. B.⁴ 232; fort. recte, sed cf. Ha.¹ p. 86* | inditium **PGE** *qua voce significari commodum lucrumque ex indicio publice non spreto redundans recte docet Mdv.³ 401; cf. S. Rosc. 107; TLL VII 1, 1150, 82* : indici uni **A** : indicium uni *ed. R.* : indici *Ang.; Gar.* : ob indicium uni *Ber.* | vettio **P** : vectio **GE** || **348** voluntate **PG²** : -es **G¹EA** | fregerisne **PGE** : deinde si egeris **H** || **349** illi **PGE** : *om.* **HA** | vettio **P** : vectio **GEH** || **350** extaret **PEHG²** : extraret **G¹** | eiusque *ex* -quae **P²** || **352–353** et quoniam ... tulisse *om.* **H** || **352** te de **P** : cęde (ce- **E**) **GEA** || **354–360** quaero ... legis tuae *om.* **H** || **355** multas iam **PG²** : multa sed iam **G¹** : multam suam **E** : multas etiam **A** : *an* ⟨et⟩ multas iam? *ego. cf. Pis. 18* cum vero id senatus frequens censuisset et ordines reliqui iam ante fecissent, tu ... vetuisti. *durum esse asyndeton vidit Mdv.³ 402*

lisses, exspectarisne dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum, et postea quam ille est reus factus, statim tuleris in eum qui tuam post legem reus factus esset, ut homo consularis exclusus miser puncto
360 temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae. di- 28 ces familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. praeclara defensio facinoris tui! nam Maximi quidem summa laus est sumptis inimicitiis, suscepta causa, quaesitore consilioque delecto commodiorem inimico suo condicionem
365 reiectionis dare noluisse. nihil Maximus fecit alienum aut sua virtute aut illis viris clarissimis, Paulis, Maxumis, Africanis, quorum gloriam huius virtute renovatam non modo speramus, verum etiam iam videmus; tua fraus, tuum maleficium, tuum scelus illud est, te id quod pro-

360 spoliaretur ... tuae *Schol.*

356 dum *Man.* : cum **PGEA** || **358** in eum (*ex* eam **P**[2]) qui **PGEA** : quicumque *Cobet probantibus Mue. et A. Kl. coll. Rab. Post. 14. at Cic. verba legis orationi suae contexta, non ipsam formulam laudat* || **361** cum Q. **GEHA** : cumq* * * **P** : cumque **B** || **362** faccinoris (*sed prius* -c- *puncto sublatum est*) **P** | summa laus **PGEHA** : summum ius *Sh. B.*[1] *274. at cf. div. in Caec. 71* || **363–365** sumptis ... noluisse *om.* **H** || **364** commodiorem **J** *Naug.*[1] : -e **GEA** : * *commodiore **P** || **364–365** inimico suo condicionem reiectionis *Hot.* : inimico suo contionem (*ex* -e **G**[2]) reiectionis (**P**[2]**G**[2] : relectionis **G**[1]**E**) **P**[2]**GE** : iectionis **P**[1] *h. e.* inimico ... re- *om.* **P**[1], *quas voces margini adscr.* **P**[2] : inimico suo contentionem relectionis **A** || **365** nihil **PGE** : nichilque **H** *ed. R.* : nihil Q. **A** *Or.*[1]. *at cf. Mdv.*[3] *402* || **366** illis viris clarissimis *Naug.*[1] : illius clarissimis **P** *i. in* illius *latere videtur* illis viris : illius familiarissimis clarissimis viris **HA** *ed. V.* (*idem ed. R. nisi quod* viris cl.) : illis clarissimis **GEJ** || **367** africanis **P** : aff- **GEH** || **368** iam **PEHA** : *om.* **G** || **369** tuum[2] **PGE** : *om.* **HA**

mulgasses misericordiae nomine ad crudelitatis tempus 370
distulisse. ac nunc quidem C. Antonius hac una re miseriam suam consolatur, quod imagines patris et fratris sui fratrisque filiam non in familia, sed in carcere conlocatam audire maluit quam videre.

12 29 Et quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis 375
intolerantissime gloriaris, volo uti mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus plebis cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis; erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus; eripuerisne partis illo tempore carissimas partim a Caesare, partim a publicanis. quae cum ita sint, quaero 380
ex te sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima, ut omnes intellegere possent a te non modo nostra acta quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contemptam; apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus 385
amicissimi, cum tu ei contumeliosissime totiens male dicas, quotiens te illi adfinem esse dicis.

30 Atque etiam illud scire ex te cupio, quo consilio aut qua mente feceris ut in epulo Q. Arri, familiaris mei, cum

381–382 illo ipso ... repetundis *Schol.* || **386–387** cui totiens ... dicis *Schol.* || **389–390** ut in epulo Q. Arrii ... accumberes *Schol.*

370 nomine **PHA** : nomen **GE** | tem*pus **P** || **371–387** ac nunc ... dicis *om.* **H** || **371** hac *ex* hanc **P**[2] || **374** quam **P**[2]**GEA** : quaut **P**[1] || **377** cum[1] **PEA** : ·xu· **G** || **378** tetrarchis **PE** : tethrarchis **G** || **381** quo *Schol.***GEA** : quod **P** || **382** pecuniis *Schol.***GEA** : pecunis **P** || **383** tyrannos **PG** : ti- **E** || **385** soles **P**[2]**GEA** : solet **P**[1] || **386** cum tu ei **G**[2] : cum tu et **PG**[1]**E** : cui *Schol.* : et **A** | contumeliosissime **PGEA** : *om. Schol.* || **387** quotiens *Schol.***PEA** : quoties **G** || **389** ut *Schol.***GEHA** : *om.* **P** | epulo Q. *Schol.***GEHA** : epuloqu* **P**

390 toga pulla accumberes; quem unquam videris, quem audieris; quo exemplo, quo more feceris. dices supplicationes te illas non probasse. optume; nullae fuerunt supplicationes. videsne me nihil de anni illius causa, nihil de eo quod tibi commune cum summis viris esse videatur, 395 sed de tuis propriis sceleribus ex te quaerere? nulla supplicatio fuerit. cedo quis umquam cenarit atratus. ita enim illud epulum est funebre ut munus sit funeris, epulae quidem ipsae dignitatis. sed omitto epulum populi Romani, 13 festum diem argento, veste, omni apparatu ornatuque vi- 31 400 sendo; quis unquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenavit cum toga pulla, cui de balineis exeunti

390 pulla (*ex* puella **H**) *Schol.* **PGHA** : nulla **E** | unquam **H** : um- **PGE** || **391–403** dices ... accumberent *om.* **H** || **392** illas P^2 **GEA** : ∗las P^1 | fuerunt **PGEA** *indicativum ita defendit Herm. ap. Ha.*[1] *p. 98 ut Ciceronem id quod Vatinius temere contendat per ironiam pro vero et certo ponere putet; cf. etiam Crem.* : fuerint *Ber.; Ang.* || **392–393** te illas non probasse optume nullae fuerunt *inter* supplicationes *et* videsne *del.* P^2 || **394** commune *hic* **P** : *post* viris (*nisi quod* cummune *habet* **G**) *transp.* **GEA** || **396** atratus **PA** : atractus G^1 : attractus EG^2 || **397** est **P** : esse **GEA** | munus **PGJ** *ed. R.* : minus **E** : in unius **A** || **398** dignitatis **PGEA** : hilaritatis *Sh. B.*[3] *279. at recte docet Abrami in epulo funebri non eandem esse rationem dicere oratorem ludorum gladiatorum qui in honorem demortui instituti sint et epularum quae non tam ad honorem mortui pertineant quam ad dignitatem eius qui epulum praebeat. nec desunt loci ubi* dignitas *nude similiter sic usurpetur; cf. Sest. 23* qui dicerent dignitati esse serviendum | ·P·R· **PGA** : ·R·p· **E** || **399** argento P^2**GEA** : agento P^1 | omni **PA** : omni∗ **G** : omnia **E** | visendo **PGEA** : visendum *Bai. ap. Kays. p. xiii. at cf. Ern.; Gar.* || **401** balineis P^1**G** : balneis P^2**EA** | exeunti P^2**GEA** : exienti P^1

praeter te toga pulla umquam data est? cum tot hominum milia accumberent, cum ipse epuli dominus, Q. Arrius, albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato ceterisque tuis furiis funestum intulisti. quis tum 405 non ingemuit, quis non doluit rei publicae casum? qui sermo alius in illo epulo fuit nisi hanc tantam et tam gravem civitatem subiectam esse non modo furori, verum 32 etiam inrisioni tuae? hunc tu morem ignorabas? numquam epulum videras, numquam puer aut adulescens in- 410 ter cocos fueras? Fausti, adulescentis nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras?

402 pulla *ex* pula **P**[2] | umquam **GE** : numquam **P** : *om.* **A** | hominum *ex* hominінum **P**[2] || **403** milia **P**[2]**GE** : millia **P**[1] | accumberent ⟨cum togis albis⟩ *Bu. ap. Pet.* | Q. Arrius *del. Pluyg.*[2] *141* || **404** albatus **P** : ablatus **GEA** : allatus **H** || **404–405** tu ... intulisti *om.* **H** || **404** fidulo **GEA** *Sh. B.*[1] *265* : fibulo **P** : Fidulio *Gul.* : Figulo *quosdam legi velle adn. Lb.* || **405** atrato **PGA** : atraco **E** | ceterisque **P**[2]**GEA** : ceterique **P**[1] | tuis *ex* tues **P**[2] || **406** qui **PGE** : quis **HA** || **407** tantam **PE HG**[2] : -um **G**[1] || **409** tu morem **PEHG**[2]**A** : tumerem **G**[1] || **411** cocos **PGE** : coeuos **A** : *om.* **H** || **411–415** Fausti ... convivium *om.* **H** || **411** paul*o **P** || **413** expleras *Naug.*[1] : expiares **P**[1]**G E A** *ed. V. quod per transp. vocalium ex* expieras *ortum esse videtur, idemque est quod* expleras : expiaras **P**[2] : expuleras *ed. R. lect.* expiaras *non omnino spernendam esse arbitratur Mdv.*[3] *403* (*cf. etiam Ha.*[1] *p. 100*) *recordans Hor. sat. 2, 8, 5* quae ... iratum ventrem (*i.* famem) placaverit esca *rationeque habita prov. 2* ad explendas (expiendas **P**[1] : expiandas **P**[2]**GEH**) suas cupiditates *et Phil. 14, 10* ad explendas (expiandas *var. l.*) egestates latrocini sui, *ubi codd. similiter variant. sed utroque loco recte ab edd.* explere *in contextum verborum recipitur* (*ad hunc posteriorem cf. TLL V 2, 245,64, ad illum priorem TLL IV 1420,4*)

⟨videras⟩ dominum cum toga pulla et eius amicos ante
415 convivium. quae ⟨te⟩ tanta tenuit amentia ut, nisi id fecisses quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos civium, morem veterem, eius qui te invitarat auctoritatem, parum putares testificatum esse supplicationes te illas non putare?

420 Quaero etiam illud ex te, quod privatus admisisti, in **14** quo certe iam tibi dicere non licebit cum clarissimis viris 33

414 videras *adseverantis ante* dominum (*post* **415** convivium *Gov.*) *desiderari et* ante convivium *temporali notione* (*i. ante quam accumberent*) *accipiendum coni. Mdv.*[4] *143 et Sh. B.*[3] *279* : videras *interrogantis aut subaudiendum aut ante* dominum *addendum et* ante convivium *vi locali* (*i. ante oculos convivarum*) *intellegendum esse putat Man. cf. Baden 203; R. Kl.*[1] : **414–415** dominum ... convivium *priore conatu del. Mdv.*[3] *404* ‖ **415** te tanta **H A** *cf. 14, 175* quae te tanta pravitas mentis tenuerit; *dom. 3; Phil. 2, 8* : tanta **PGE** : tanta ⟨te⟩ *Bai. ap. Ha.*[2] | amentia **P**[2]**GE** : amen*ta **P**[1] : insania **H A** : dementia **S** | ut nisi **P** : ut tamen **G**[1] : ut tamen nisi **EHG**[2] : ut tum nisi **A** *edd. V. et R.* : ut tantum nisi **J** : ut tu nisi *ed. Herv. at cf. Mdv.*[3] *404 adn.* ‖ **418** auctoritatem **PE HA** : -e **G** | parum **PHA** : purum **GE** ‖ **419** putare **PGEHA** : probare *C. Stephanus; Lb. haud improbante Gar. coll. 30, 391* dices supplicationes te illas non probasse. *at cf. Ha.*[1] *p. 103 et Ha.*[2] ‖ **420–457** quaero ... mentio est *om.* **H** ‖ **420** etiam illud **P** : illud etiam **GEA** *cf. 19, 235* ‖ **421–422** clarissimis viris causam **P**[2]**GEA** *cf. 13, 166* ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas *et 30, 394* quod tibi commune cum summis viris esse videatur. *cf. etiam Luterb.*[3] *82* : clarissimi viri causam **P**[1] *haud absurde; cf. Plaut. Mil. 777* itaque (isque *Leo*) Alexandri praestare praedicat formam suam; *Hor. epod. 1, 15* roges, tuum labore (-em *codd.*) quid iuvem meo : clarissimi viri (*i. Caesaris*) causa *Mdv.*[3] *405* : clarissimi viri ⟨caussa⟩ caussam *R. Kl.*[1] *cf. 8, 103* civitatis salutem cum unius mea salute

causam tuam esse coniunctam, postulatusne sis lege Licinia et Iunia; edixeritne C. Memmius praetor ex ea lege ut adesses die tricensimo; cum is dies venisset, fecerisne quod in hac re publica non modo factum antea numquam 425 est, sed in omni memoria est omnino inauditum, appellarisne tribunos plebis ne causam diceres – levius dixi; quanquam id ipsum esset et novom et non ferendum – sed appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriae, tempestatem rei publicae, ⟨P.⟩ Clodium. qui tamen 430 cum iure, cum more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim et furorem suum ducemque se militibus tuis praebuit. in quo ne quid a me dictum in te potius putes quam aps te esse quaesitum, nullum onus inponam mihi testimoni; quae mihi brevi 435 tempore ex eodem isto loco video esse dicenda servabo, teque non arguam, sed ut in ceteris rebus feci, rogabo.

34 quaero ex te, Vatini, num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos plebis appellarit ne causam diceret,

422 postulatusne ... Licinia *Schol.* ‖ **426–427** appelarisne tribunus pl. causam diceres *Schol.*

